

# Forgotten Books

[www.forgottenbooks.com](http://www.forgottenbooks.com)

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

ΠΥΣΚΥΛΑ  
GRAECORUM VETERUM  
SENTENTIOSA ET MORALIA

---

GRAECE ET LATINE

---

COLLEGIT, DISPOSUIT, EMENDAVIT  
ET ILLUSTRAVIT

IO. CONRADUS ORELLIUS

PAROCHUS AD TEMPLUM SPIRITUS SANCTI ET COLLEGII  
CAROLINI TURICENSIS CANONICUS.

---

TOMUS PRIMUS.

---

L I P S I A E  
IN LIBRARIA WEIDMANNIA  
MDCCXCIX.

29280  
4/10/93





ALFRED S

MUSEUM

FROM THE

THE

THE

THE

THE

THE

THE



THE

THE

THE

III

O P U S C U L A  
G R A E C O R U M . V E T E R U M  
S E N T E N T I O S A

S I V E  
D E M O P H I L I , D E M O C R A T I S  
S E C U N D I E T S E X T I P Y T H A G O R E I  
S E N T E N T I A E M O R A L E S

---

G R A E C E E T L A T I N E

---

DEMOCRATEM AD CODICIS MANUSCRÏPTI PALATINI  
RELIQUOS AD OPTIMARUM ET ANTIQUISSIMARUM  
EDITIONUM FIDEM RECOGNOVIT

PLURIBUS SENTENTIIS SOCRATICIS ET PYTHAGORICIS  
EX IOANNIS STOBÆI ET ALIORUM FLORILEGIIS  
EXCERPTIS AUXIT

PYTHAGOREORUM AUREUM CARMEN ET SYMBOLA  
DEMOGRITI PHILOSOPHI FRAGMENTA, VII GRAECIAE  
SAPIENTUM ET ANACHARSIDIS SENTENTIAS, PORPHYRII  
EPISTOLAM AD MARCELLAM UXOREM, NILI ASCETAE  
SENTENTIAS CHRISTIANAS ALIAQUE OPUSCULA MINORA  
NEC NON DIVERSORUM PARAPHRASES ET IMITATIO-  
NES HARUM SENTENTIARUM POETICAS ADIECIT, NOTIS  
PRIORUM EDITORUM PARTIM INTEGRIS, PARTIM  
SELECTIS ALIORUMQUE UNDIQUE CONQUISITIS  
SUAS ADDIDIT

I O . C O N R A D U S O R E L L I U S

P A R O C H U S   A D   T E M P L U M   S P I R I T U S   S A N C T I   E T   C O L L E G I I  
C A R O L I N I   T U R I C E N S I S   C A N O N I C U S .

---

L I P S I A E  
I N   L I B R A R I A   W E I D M A N N I A  
M D C C C X I X .

---



P U B L I C A

C O R U M A M E R I C A N I

S E N T E N T I A

S I V E

D E M O C R A T I A

E T S E C T I P A R T I S

M O R I S

C O N T R A E T L A T I N E

IN RE CONGRESSU AMERICANO PALATI

ET SENATU ET AMERICANIS

REPUBLICANIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

WILLIAMUS OWELLUS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS

REPUBLICANIS ET DEMOCRATICIS



## P R A E F A T I O.

---

**V**irorum eruditorum, qui Seculo XVI. rei scholasticae in Germania Helvetiaque restaurandae operam dederunt, praeclara de Graecis et Latinis literis merita vel hodie magni aestimantur dignissimisque celebrantur encomiis ab illarum literarum cultoribus doctissimis. Vix enim, quibuscunque priorum temporum institutis notis, invenies alios, quibus plus debeant ea, quae vocantur humanitatis studia, quam viris illis immortalibus, qui laudabili admodum et salutari consilio in hoc ante omnia curam suam industriamque posuerunt, ut scriptores veteres optimos et probatissimos quosque, quorum editiones rarissime antea inveniebantur in his regionibus, et ex Italicis tantum Aldorum atque Junta-  
rum officinis immani saepe pretio comparandae, locupletioribus solummodo usui esse poterant, novis editionibus modico aere parabilibus et omnibus, quae temporum illorum conditio, librorumque impressorum raritas patiebatur, interpretationis subsidiis instructis, publici quasi juris facerent, cunctisque adeo istarum literarum amantibus ad purissimos illos et affluentissimos verae humanitatis doctrinaeque multifariae fontes aditum expeditiorem redderent. Verum ne hoc quidem labore arduo sane magnoque contenti, fecerunt amplius, et, quod hodie rarissime factum merito dolemus, minora etiam sapientiae veterum monumenta, quae gemmarum ad instar breviori gyro res continebant quan-

tivis pretii, ea imprimis, quae facerent ad animos boni pulchrique (*τῆς καλοκάγαθίας*, ut Graecorum vocabulo utar) amore imbuendos, vel e bibliothecarum adytis deprompta, vel hinc inde variis in libris dispersa in unum colligentes tanquam aureos torques gemmatosque tradiderunt adolescentibus ipsorum institutioni commissis, atque adeo hac ratione quibuscumque cum eruditionis verae solidaeque tum virtutis honestatisque studio flagrantibus locupletissimos aperuerunt humanitatis thesauros. Quid quod et pulcherrimos quosque veterum scriptorum locos sententiasque egregias vel orationibus disertis exornantes, vel commentationibus doctis illustrantes, vel adeo versibus reddentes elegantissimis eo altius firmissime imprimebant discentium animis: qua in re ex nostrae aetatis hominibus, imitatores invenerunt sane quam paucissimos.

Inter hos viros, quorum de literis humanioribus merita nulla delebit temporum longinquitas, praeter tres illos coryphaeos, Desiderium Erasmus Rotterodamum, Philippum Melanchthonem et Conradum Gesnerum, patriae nostrae insigne decus et verissimo nomine Plinii Helvetiorum nuncupatum, maxime excellent duumviri doctissimi, Joachimus Camerarius Papenbergensis et Michael Neander Soraviensis, quorum, prioris Libelli Scholastici, Gnomologici, Politici, Hippocomici, alterius Opus sic dictum Aureum et Scholasticum vel hodie in existimatione sunt apud eruditos, et, si quando in auctionibus venales prostant, ob eximiam cum praestantiam tum raritatem magno saepe pretio veneunt. Quod Neandri opus cum ante biennium aliud agens pervolvissem, illico viri egregii exemplo incitatum me sensi ad simile quid moliendum novamque prioribus multo locupletiores, et quam fieri liceret plenissimam collectionem parandam Opusculorum Sententiosorum et Moralium variis in libris dispersorum et per omnes fere Graeciae linguae aetates cum a deo-



rum cultoribus tum ab auctoribus Christianis et antiquis Ecclesiae patribus conscriptorum, eorum videlicet, quae scripta essent sermone pedestri, quatuor vel quinque voluminibus comprehensam et necessariis criseos aequae ac interpretationis subsidiis instructam. Cujus collectionis primum, jam tibi volumen offero, lector benevole, paucis te docens, quid in eo sit praestitum quibusque in eo parando usus fuerim cum Codicum Manuscriptorum tum editionum priorum aliorumque librorum praesidiis.

Agmen ducit Demophilus, incertae aetatis collector similitudinum aequae ac sententiarum Pythagoricarum, quem cum Democrate et Secundo primus e tenebris eruit ediditque, e Codicibus Vaticanis et aliis Lucas Holstenius Romae 1638. duodenis: quae editio deinceps aliquoties repetita est, novissime cum Holstenii notis suisque et nonnullis Codicis Gudiani in Secundum additamentis a Jo. Adamo Schier Lipsiae 1754. 8. inserta etiam est Thomae Galei collectioni Opusculorum Mythologicorum, Physicorum et Ethlicorum Cantabrigiae 1671. et Amstelædami 1688. excusae. Haec autem Demophili collectio compendium esse videtur collectionis locupletioris multo, qua, in Aristonymi fortasse tomariis contenta, usi olim fuere Joannes Stobaeus, Antonius Melissa et Maximus monachus, qui ex ea haud paucas similitudines Pythagorae, Socratis, Plutarchi aliorumque nominibus inscriptas inseruerunt Florilegiis suis. Quamobrem operae pretium duxi singulas similitudines, quae in amplissimis istis collectaneis continerentur, excerpere, addereque Demophileis: Plutarcheas vel potius illius, sed falsissime, nomen ferentes, cum extremum volumen editionis Wytttenbachianae, quo continentur, adhuc desideraretur in bibliotheca nostra civica, tandem iis, quae Hutteni editio exhibet, contentus, tanquam supplementum rejeci ad calcem hujus voluminis. In explicandis illis sententiis adhibui praeter

varios libros virorum doctorum, qui ἐν παρόδῳ et aliud agentès nonnullas illustrarunt; inprimis Strothii Chrestomathiam earum delectum exhibentem, et versionem Francogallicam Levesquii sic inscriptam: *Sentences de Theognis, de Phocylide, de Pythagore, et des Sages de la Grèce, recueillies et traduites par M. Levesque, Paris, chez Didot: 1785. in 12.*

Demophili similitudines ac sententiàs excipiunt aliae sententiæ Pythagoricae. Harum duplex exstat collectio, utraque libris rarissimis adnumeranda, prior sic inscripta: *Pythagorae Fragmenta, quae ad nostram aetatem pervenerunt, nunc primum e diversis auctoribus tam sacris quam profanis collecta et conjunctim in lucem edita studio et opera Joachimi Zehneri, Lipsiae apud Thomam Schurerum 1605. octonis,* altera Conradi Rittershusii, tanquam singularis libellus, ad calcem addita illius editioni Malchi sive Porphyrii de vita Pythagorae, Altdorfii anno 1610. excusae. Quorum, dum in edendis explicandisque his sententiis occupatus essem, priore tantum uti licebat, donec et Rittershusianam, multo labore conquisitam, ab amico quodam commodatam acciperem, unde sententiàs breviores, quae in Zehneri collectione desiderantur, ad hujus voluminis calcem excerptas dedi, reliqua autem Fragmenta Pythagorica reservavi volumini secundo; quod inter alia continebit Archytae et aliorum Pythagoreorum Fragmenta Moralia, cum ea quae Thomas Galeus inseruit Opusculis suis Mythologicis, tum alia etiam a Jamblichò, Stobaeo aliisque servata.

Aureum carmen Pythagoreorum, tanquam a consilio et instituto collectionis nostrae non poetica sed prosaica tantum continentis alienum, primo omittere in animo erat: at vero reputans, carmen hoc haud minimi momenti esse ad intelligenda cum reliqua praecepta tum inprimis symbola Pythagorica; recepi illud e recensione Brunckii, cum duabus versionibus metricis, prima



Viti Amerbachii, altera Henrici Smetii in collectione Rittershusiana contenta. Adjeci etiam cum varietatem lectionis ex editione Glandorfii excerptam, tum annotationes paucas quidem sed doctissimas G. H. Schaeferi Viri Clarissimi editioni Poetarum Gnomiôrum Brunckianae novissimae Lipsiae anno 1817. excusae additas. Plura, imprimis accuratiorem illius carminis interpretationem si qui desiderent, hos ablego cum ad editiones Schierii, Glandorfii et Fabri d'Olivet necessariis interpretationis subsidiis satis superque instructas, tum ad novam, quam ipse, deo volente, paraturus sum, editionem aurei Hieroclis commentarii in versus aureos.

In symbolis Pythagoricis, quorum collectionem dedi prioribus haud paulo plenior, illustrandis et explicandis, praeter Jamblichi et Porphyrii scripta Pythagorae cum vitam tum doctrinam exponentia ex editione novissima Kiesslingii Viri Doctissimi et Desiderii Erasmi Adagiorum opus, usus sum imprimis Lili Gyraldi commentario in haec symbola in ejus Operibus Lugduni Batavorum anno 1696. editis contento, nec non Dacerii libro inscripto: *Bibliothèque des anciens Philosophes Paris 1771.* duobus voluminibus octonis. In usum quoque vocavi, quae recentiores quidam, v. c. Meinersius in l. t. *Geschichte der Wissenschaften in Griechenland und Rom*; Fridericus Creuzerus V. S. in praestantissimo opere inscripto: *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, alique attulerunt ad illustranda haec aenigmata.

Sequuntur Democratis vel potius Democriti sententiae. Nam ipsius philosophi Abderitae Fragmenta esse tantum non omnia, quae nomine Democratis inscripta leguntur in collectionibus Holstenii et Galei, nemo facile inficias ibit, quisquis sententias hasce penitus consideraverit. Videlicet scribendi genus, orationis colorem, dialectum Ionicam, ipsorum denique praeceptorum brevitatem et praestantiam quod attinet; pleraque

illorum, cum reliquīs Democriti Fragmentis ab Henrico Stephano collectis, adeo congruunt, ut ovum ovo similis reperire vix possis. Quid quod Stobaëus etiam, qui illarum sententiarum plerasque in Florilegium suum recepit, omnibus Democriti nomen adscripsit, adeo ut verosimillimum sit, Democratis nomen, quod cum Codices Manuscripti praeferunt, tum Antonius et Maximus, citant, vel nomen fuisse collectoris, non auctoris, harum sententiarum, vel corruptum esse ex nomine Democriti. In his sententiis Democrateis maximopere mihi profuit Codex MStus Palatinus, asservatus in Bibliotheca Universitatis Heidelbergensis, cujus Codicis Fredericus Creuzerus, vir doctissimus et multis nominibus mihi laudandus, certior factus de consilio meo novam ejus Opusculi editionem parandi, pro insigni sua humanitate benevole mecum communicavit collationem accuratissime factam a juvene erudito Christiano Felice Baehr, Seminarii Philologici Heidelbergensis sodali, hac illius Codicis adjuncta notitia. „Codex Palatinus hombycinus No. 356. qui Democratis et Democriti sententias continet, multa praeterea habet haud spernenda, praecipue Epistolarum atque Sententiarum ex genere: quae omnia cum accuratius enarraverit Wilkenius in libro, qui inscribitur: *Geschichte der Heidelbergschen Buchersammlung. Heidelb. 1817. pag. 287 seq.* nolim hic repetere. Unum monebo, quod a Wilkenio V. D. omissum video, post No. 45. (vide l. l. p. 288.) in Codice sequi sententias selectas Democriti, Epicteti aliorumque sapientum, atque deinde selecta divinorum Patrum et ex Novo et Antiquo Testamento. Est vero hic Codex iis, qui Codices tractare jam didicerint, sic satis commode scriptus, quamquam nonnullis in locis, potissimum propter scribendi compendia, quibus haud raro utitur, difficultatem exhibeat. Accedit, quod subinde literae sunt oblitteratae et evanidae, atque etiam chartae laceratae et maucae. Aetatem hujus



„libri, quod attinet, minime quidem, quantum ego intelligo, aequare; ille videtur alios Codices, qui hic asservantur (ut Plutarchi Codices aliosque), in reliquis tamen excellere: id quod praeter alia multa inprimis characterum ductus atque scribendi compendia arguunt.“

Haec Baehrius. Hujus itaque Codicis collatione aliisque praesidiis adjuto sententiarum, quae Democratis nomen ferunt, novam plane recensioem dare mihi licuit; cum restituto Ionismo, qui in Holstenii editione saepissime in communem dialectum mutatus est, correctiorem, tum etiam tribus quatuorve sententiis, licet iis corruptissimis, auctiorem.

Sententiis bisce Democratis vel Democriti addidi et reliqua, quotquot reperiri poterant, Democriti Fragmenta moralia, vere aurea, a Stobaeo aliisque servata, cum versione latina partim Conradi Gesneri, partim Th. Stanleji; praeter ea, quae jam Henricus Stephanus Poesi suae Philosophicae ad calcem adjecerat, ex aliis scriptoribus, inprimis Antonii et Maximi collectaneis, ad numerum 182 adaucta, cum Stephani collectione tantum 115 continerentur. In his Fragmentis ex parte corruptissimis restituendis insignem mihi operam navavit patruelis meus amicissimus, Casparus Orellius, Professor tum Rhaeto-Curiensis, jam vero post obitum Clarissimi Hottingeri ad Eloquentiae et Hermeneutices in gymnasio Turicensi docendae munus vocatus, vir cum editione sua duplici orationis Isocrateae *περὶ τῆς ἀντιδόσεως*, tum aliis libris, quibus literas Graecas Latinasque, maxime vero Italicas illustravit, haud vulgare inter eruditos nomen adeptus, qui benevole mecum communicavit conjecturas suas et emendationes in Fragmenta quaedam corruptiora, quas singulas suo loco annotationibus meis inserui. Etiam Physica Democriti Fragmenta non plane negligenda duxi: recepi itaque ea saltem, quae continebat Henr. Stephani collectio, sed

cum aliena essent a nostrae collectionis instituto, versionem latinam nullam addidi adnotationesque perpaucae, eas tantum, quae inter legendum illico se mihi offerebant.

Democriteas sequi jussi sententias et apophthegmata VII illorum, quos κατ' ἐξοχήν Sapientum nomine decoravit Graecia. Horum triplex collectio jam ex antiquitate aetatem tulit, prima Demetrii Phalerei nomine inscripta (verene an falso, alii viderint), quam servavit nobis Stobaeus Capite IV. περὶ φρονήσεως, altera brevior Sosiadae cujusdam ab eodem Stobaeo servata eodem Capite, tertia denique e Codice aliquo antiquo edita ab Aldo Manutio cum Theocrito, Theognide et aliis anno 1495. cujus libri rarissimi exemplar asservatur in Bibliotheca Turicensium civica. Sed praeter has collectiones antiquas aliae etiam eorundem sententiae dispersae leguntur apud Diogenem Laertium, Plutarchum, Stobaeum, Antonium et Maximum aliosque, quas ex parte collegit, latina interpretatione et notis eruditis illustravit Leonhartus Lycius, vir perquam doctus et optimus ante Casaubonum Theophrasti interpres; in libello admodum raro, cujus titulus hic est: *Praecepta vitae honestae et laudatae, breviter et commode pronuntiata a septem praestantissimis viris, qui, cum uno tempore in Graecia viverent, et habiti et vocati fuere sapientes; opera Leonhardi Lycio latine versa et breviter explicata. His adjunctus est libellus Dionis Prusaensis valde utilis et bonus, de non temere credendo, a Joachimo Camerario versus et explicatus. Lipsiae in officina Ernesti Voegelini 1562.* qui libellus in meo saltem exemplari tanquam altera pars adjectus est ejusdem Lycii editioni Characterum Theophrasti Lipsiae eodem anno impressae, de qua talium rerum intelligentissimus arbiter Jo. Frid. Fischerus ὁ μακρότης in praefatione ad suam editionem Theophrasti hoc tulit judicium: „Leonhartus Lycius, Francus,



„fuit tum (cum Theophrastum ederet) magister God-  
 „fridi Camerarii Joachimi filii, cui inscripsit editionem,  
 „octonis, sed ita, ut adjecerit non solum versionem la-  
 „tinam novam, verum etiam animadversiones vel cri-  
 „ticas vel historicas. Quae etsi unam modo plagulam  
 „et dimidiam complent; tamen magna in iis comparet  
 „et ingenii felicitas et doctrinae ubertas atque copia au-  
 „ctoris, quem fere in omnium hodie ignoratione ver-  
 „sari, ut multos alios de literis bonis egregie meritos  
 „viros, quis miretur? quum pauci reperiantur, qui  
 „libros Graecos et Latinos legant: quum nunc verna-  
 „culi tantum scriptores floreat, omniumque ore et ser-  
 „monibus celebrentur: quibus tamen valde vereor ne  
 „brevi idem accidat, ut adeo nomina eorum etiam inter  
 „suos populares ignorentur.“ Haec Fischerus, cujus  
 „judicio equidem toto animo subscribens, indignumque  
 „existimans nomen atque memoriam viri de literis hu-  
 „manioribus bene meriti oblivione deleri, Lycii adnota-  
 „tiones in has VII Sapientum sententias, cum bonae fru-  
 „gis plenae eademque laude, qua notae ipsius ad Theo-  
 „phrastum, dignae visae essent, integras recepi meisque  
 „observationibus inserui. Usus sum etiam editione per-  
 „rara, Othm. Luscinii (*Nachtigall*), qui collectionem Ak-  
 „dinam cum versione latina satis misera repetiit in libello  
 „sic inscripto: *Collectanea sacrosancta graece discere cu-  
 „pientibus non aspernanda*, Argentorati ap. Jo. Schottum  
 „1515. forma 4ta, et alia interpretatione latina multo me-  
 „liore Desiderii Erasmi contenta in l. t. *Praecepta Mo-  
 „ralia. Mimi Publiani, Catonis Disticha* etc. Basileae  
 „1521. quaternis. At vero cum sententiae eorundem non  
 „paucae hinc inde dispersae Lycii fugissent diligentiam,  
 „has ex variis scriptoribus collectoribusque, inprimis ex  
 „Anthologia epistolarum et sententiarum Patavii 1710.  
 „duodenis edita aliisque libris excerptas addidi, hand-  
 „neglectis etiam Anacharsidis et Mysonis, qui iisdem VII  
 „Sapientibus a nonnullis adnumerantur, sententiis et

apophthegmatis; quotquot apud Laërtium, Stobaeum aliosque reperiri poterant.

Qui excipit hos VII Sophos, Secundus philosophus, heu quantum hic distat ab illis; homo ineptissimus a sapientissimis! Cujus sententias sic vocatas, si dñs placet, vel potius comparationes aut definitiones rerum naturalium aliarumque absurdissimas plerumque et plane ridiculas libens, equidem ex hac collectione exulare jussissem, nisi rationem habendam censuissem redemptoris honestissimi, qui putabat, haud paucos scriptorum veterum vel lectores vel coemptores gravate laturus esse, si aliqua, quae in prioribus collectionibus Holstenii, Galei, Schierii etc. contenta fuissent, in nostra desiderarentur. Cumque attentius philosophastrum illum perlegens nonnulla animadvertissem, quae ad graecitatem in deterius vergentem accuratius cognoscendam haud levissimi momenti essent, istis quoque sententiis, tum vitae Secundi a Schierio e Codice Gudiano descriptae, insulsae plane ac barbarae, illustrandis aliquam operam navavi, additis tribus versionibus latinis antiquis, quarum duas priores jam Galeus receperat, tertia praeter Secundi aliorum etiam et quidem melioris notae comparationes continens, inscripta: *Altercatio Hadriani Augusti et Epicteti philosophi*, annexa legitur variis Enchiridii Epictetei editionibus, emendatius vero edita est a Jo. Alb. Fabricio in Bibliotheca Graeca Tom. XIII. pag. 557 seqq.

Secundo, inepto homini, cum Galeo comitem dedi virum sanctissimum et sapientissimum, Sextum, sive, ut alii volunt, Sixtum vel Xystum, utriusque rationibus usi a vero haud plane abluentibus. Res scilicet ita se habere videtur. Sextus quidam (quem Saxius in Onomastico literario pag. 353. aequalem facit Tiberio Augusto) philosophus Stoicus et Pythagoreus (minime confundendus cum Sextio illo, quem Seneca Epist. LIX. laudat tanquam *virum acrem*, Graecis verbis, Romanis mo-



ribus philosophantem) edidit vel collegit potius veterum Pythagoreorum morales sententias. Quas cum sanctissimas piissimasque, adeoque (praesertim cum in illis summi numinis nomen usurpatum esset ubique singulari in numero, quasi de deo uno veroque sermo sit) non deorum cultore, sed Christiano homine dignissimas cognovisset. Sixtus sive Xystus, homo Graecus et Atheniensis, utque traditio fert, ex Philosopho Episcopus Romanus, secundus hujus nominis, Stephani anno Christi 257. in sede Apostolica successor, (Vide Schroekhii Hist. Ecclesiast. Tom. IV. pag. 225 seqq.) has sententias, intermixtis aliis permultis cum e sacra scriptura, tum ex antiquioribus ecclesiae patribus, in primis Clemente utroque et Romano et Alexandrino aliisque petitis, fortassis et suis quibusdam, omissis contra, quae rationibus suis minus essent accommodatae, tanquam Opusculum mere Christianum Graece publicavit sub titulo: *Εγχειρίδιον Σέξτου* vel *Σίξτου*; nam utrumque nomen occurrit apud Joannem Damascenum, qui ex eo pauca quaedam excerpserit in Parallelis sacris. Antonius autem et Maximus usi videntur pleniore Sexti Pythagorei collectione, sententias quasdam adferentes, quae in hoc Enchiridio desiderantur. Hanc itaque Sixti Pontificis collectionem deinceps latine reddidit Rufinus, presbyter Aquilejensis; versionibus latinis Patrum Graecorum, v. c. Eusebii, Origenis aliorumque clarus, in usum amici sui Aproniani ejusque sororis vitam monasticam amplectentium rebusque mundanis valedicentium, titulumque inscripsit *Annuli aurei*. Sed verum vidisse Galeum et Fabricium, quibus adstipulatur et Christ. Saxius, contra Urbanum Siberum, has sententias ad unam omnes Sixto II. Romano Pontifici vindicantem, argumentis firmissimis probantes, fundum illarum sententiarum esse non Christianum, sed Pythagoricum, hoc luce clarius facit praeter Demophilum, apud quem duo decim circiter harum sententiarum Graece leguntur;



Porphyrius maxime, acerrimus ille Christianorum hostis, qui in novissime reperta ad Marcellam uxorem epistola sententias centum et amplius graecas exhibet, omnes a Rufino latine versas. Hujus vero Enchiridii Rufiniani in Codicibus MStis exstat recensio duplex, una stilo inculto prorsus et horrido scripta, qui videtur ipsius esse Rufini textus, quem sequuntur Erasmus, Siberus et alii, altera autem comptior haud paulo et elegantior, qua usi sunt Thomas Galeus et Joannes a Fuchte, qui Xysti philosophi, Laurentii Pisani et Thalassii Episcopi sententias conjunctim edidit Helmstadii 1615. octonis. Nos, praemissis paucis Graecis Sexti sententiis, ab Antonio potissimum Maximoque servatis, Enchiridii, Rufiniani textum dedimus Galci, varietate aliarum editionum adnotata in Animadversionibus nostris, in quibus cum ex amplo Urbani Siberi commentario, quae lectoribus usui esse poterant, excerpimus, tum alia, quae explicatione aliqua indigere viderentur, pro virum modulo ipsi illustravimus, comparata in singulis fere sententiis Porphyrii ad Marcellam epistola. Sexto ob argumenti similitudinem adjunximus Pseudo-Senecam, vel potius Martinum Episcopum Braccarensem, qui circa annum Christi 560. claruit, (Vide J. A. Fabricii Biblioth. Lat. Tom. II. pag. 118. ed. Ernesti) cujus libellum de moribus, quoniam Pythagoricas quasdam aliasque sententias ex scriptoribus deperditis petitas continere videbatur, dedimus, usi editione ejus triplici, prima Desiderii Erasmi, annexa ejus editioni Operum Senecae philosophi, altera, quae inserta est Bibliothecae, S. Patrum maximae, Lugduni impressae, tertia tandem in editione perrara Paraeneseos Isocratis cum Agapeto et aliis publicata, Genevae apud Jo. Tornaesium 1610. duodenis.

Sequitur Porphyrii Epistola ad uxorem Marcellam, qua illam peregre-ahiens hortatur ad philosophiae Pythagoricae et virtutis studium; quod ob sententias vete-





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





cultores fuerint, maximi facientes et coementes cupidissime, Patrum Ecclesiasticorum vel aliorum Christi cultorum scripta contemnunt, illecta reponunt, imo ludibrio habent, quasi Christianum fuisse et barbarum unum idemque sit. Quin potius iudicio Censoris Arnobii nostri Jenensis intelligentissimi, de neglectu Patrum ecclesiae tot res egregias lectuque dignissimas, imo ex reconditoris doctrinae thesauris petitas continentium, graviter conquesti, toto animo nostrum addentes calculum, constituimus, quantum in nobis esset, illos ab eo, quem minime merentur, vindicare contemptu, singulis hujus collectionis voluminibus addentes aliqua saltem Christianorum scriptorum opuscula, talia scilicet, quae ad mores emendandos facerent.

Ipsam Nilum quod attinet, cum ex Antonii et Maximi Collectaneis, tum praecipue e Joannis Damasceni Parallelis sacris, quorum usus sum editione Lequiniana omnium plenissima, Sententias ad numerum 546 adauxi, cum editiones, quas supra memoravi, habeant solummodo 229, addidi etiam, praeter versionem Neandri ex Schonjingiana aliquibus in locis emendatiorem, paraphrasin metricam Michaelis Toxitae elegantissimam, cujus libelli perrari titulum vide pag. 376., quae paraphrasis incipiens a Sententia 25. pertingit ad finem usque collectionis Neandri, sive priores 24 Sententias in Codice suo non legerit Toxites, sive, quod credere malim, tanquam spurias et aliunde adsutas rejecerit, quod de quibusdam, e. c. Sententia 2. et 6., quae legebantur supra inter Pythagoreas, omnino verissimum est. In Nilo illustrando, qui haud pauca habet ex antiquitatibus ecclesiasticis explicanda, maximopere mihi profuit Jo. Caspari Suiceri nostratis Thesaurus Ecclesiasticus e Patribus Graecis. Sed plura alia restabant labore haud parvo aliunde conquirenda.

Agmen denique claudunt Opuscula quaedam minora, ut Gregorii Nazianzeni Monosticha Iambica per

Alphabetum, Sententiae variorum de invidia ab Aldo Manutio cum VII Sapientum Apophthegmatis e Codice aliquo antiquo editae, adjectaeque Theognidi; Theocristi Sententiae editionibus Stobaei a Conrado Gesnero curatis ad calcem additae, tandem, ut diximus, Supplementa cum Similitudinum Plutarcho adscriptarum, tum Sententiarum Pythagoricarum e Conradi Rittershusii collectione, adjuncta vita brevi Pythagorae a Joachimo Zehnero e variis scriptorum veterum locis consarcinata. Minime etiam negligendas putavi virorum quorundam doctissimorum cujuscunque confessionis, qui Seculo XVI. et post effloruerunt, Camerariorum, Geleniorum, Baldaeorum etc. versiones vel imitationes poeticas sive integrorum opusculorum; sive sententiarum quarundam eximiarum, ut adolescentes nostri ad altiora tendentes; si vel egregia illa verae eruditionis et solidae exemplaria imitari et assequi desperaverint, habeant saltem, quod admirentur, legantque cum summa et utilitate et voluptate.

Isthoc autem primum nostrae collectionis volumen, si deus optimus maximus vitam viresque concesserit, temporis spatio, quam fieri licet brevissimo, sequentur alia quatuor, ex quibus secundum continebit Pseudo-Isocratis Paraenesin ad Demonicum, Cynicae philosophiae principum, Antisthenis, Diogenis, Cratetis, Monimi et Demonactis, Sententias et Apophthegmata, Archytae aliorumque Pythagoreorum fragmenta moralia Dorico sermone conscripta multoque auctiora iis, quae habet Galei collectio, Sexti Disputationes Antisepticas, Eusebii Philosophi fragmenta Ionica a Stobaeo servata, Aristippi aliorumque Hedonicorum sententias, exceptis Epicureis, quas peculiari libello dare in animo est, Apophthegmata variorum ex Serini et Aristonymi scriptis a Stobaeo excerpta, Amphiloerii Epistolam ad Seleucum de recta vitae ac studiorum institutione, aliaque nonnulla Christiana Opuscula.



Tertium volumen complectetur ante omnia Stoicorum, Zenonis et Chrysippi, Sententias morales et Apophthegmata, Phavorini, Musonii, Teletis, Junci, Hieracis aliorumque Fragmenta, cum ea, quae Stobaeus servavit, tum alia, quae Wyttenbachius vir summus ex antiquis Codicibus anecdota edidit in praestantissimo opere Miscellaneorum *πολυμαθείας*, Claudii Galeni libellos vere aureos de cognoscendis et corrigendis cum affectibus tum vitiis animi, Andronici Rhodii Opusculum *περὶ παθῶν*, Aristotelis, Philonis Judaei, Gemisti Plethonis et Incertorum quorundam libellos de virtutibus et vitiis, Nili tractatum de octo vitiis, Maximi confessoris sententias aliaque.

Quarto tandem et quinto volumini destinata sunt Praecepta veterum ad reges civitatumque principes et eorum subditos, scilicet Isocratis Orationes II Nico- cleae, Pythagoreorum Fragmenta Politica et alia quaedam Excerpta ex Stobaei Capitibus de Rege, Republica, Legibus etc. porro scriptorum Christianorum Opuscula quaedam huc spectantia, Synesii liber de Regno, Agapeti Diaconi Scheda regia, Theophylacti, Bulgariae Episcopi, Institutio Regia, Imperatorum Orientis, Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogennetae et Manuelis Palaeologi, Praecepta ad filios, Pilpaii, philosophi Indi, liber *Kelila Damna* ex versione Graeca Simeonis Sethi inscriptus *Στεφανίτης καὶ Ἰχνηλάτης*, tandem, qua claudetur tota collectio, Chrestomathia e Confucii, Sinarum philosophi, sententiis e versione latina Coupleti et Noeli, Patrum societatis Jesu, omnia aliorum partim integris, partim selectis nostrisque animadversionibus illustrata.

Cumque haec collectio major, locupletioribus tantum destinata, pretiosior sit, quam ut a quibuscunque Graecarum literarum cultoribus comparari possit, pauperiorum etiam rationibus consultum ire studebo, daturus aliquando collectionem brevioris forma minore,

(quae, omissis reliquis, continebit tantum Sexti sententias e Porphyrii Epistola aliisque libris excerptas, Demophili et reliquorum cum Pythagoreorum tum Socraticorum sententias et similitudines, Democratis sententias, Democriti Fragmenta et Apophthegmata VII Sapientum cum Isocratis, quae fertur, Paraenesi ad Demonicum,) instructam notis brevibus criticis et difficiliorum vocabulorum Glossario.

Denique non possum non gratissimo animo commemorare G. H. Schaeferi, Viri doctissimi et de prioribus meis in hoc literarum genere speciminibus meritisissimi, eximiam curam ac diligentiam in purgando et emaculando hoc primo volumine a vitiis typographicis,

Vale, benevole lector, et nostris laboribus fruiere.

Scriebam Turici Helvetiorum

15 Aprilis 1819.

# NOTITIA LITERARIA

DE

SECUNDO, DEMOPHILO, DEMOCRATE

ET

SEXTO PYTHAGOREO

Ex Jo. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca Lib. II. Cap. XIII.  
(Tom. I. pag. 866 seqq. ed. Hailes.)

---

**S**ecundus Atheniensis, Herodis Sophistae magister, sub Adriano Imp. clarus, a Vincentio Bellovacensi XI, 70: Speculi historialis traditur Pythagoricam vitam duxisse, et omni tempore silentium servasse. Ravisius Textor in Officina auctorem, nescio quem, Diogenem vel Diogenianum laudans p. 1520. „Secundus philosophus cum matri nescienti, esse filium, se commiscuisset, et illa, facto cognito, sceleris horrore intulisset sibi mortem, ipse quoque cum incestus poenitentia, tum dolore maternae mortis aeternum tacuit, ut ulcisceretur vocem, qua in concubitu matri innotuerat.“ Fertur narratiuncula MS. ejusdem argumenti graeca scriptore anonymo, cujus et ipse apographon possideo, in qua perinde ut apud Vincentium subjungitur, Secundum hunc frustra ab Adriano imp. etiam mortis injecto per spiculatorem metu sollicitatum ad loquendum, denique ad quaesita ejus scripto respondisse. \*) Nihil ejusmodi de hoc Secundo legas apud Philostratum, qui de illo agit lib. I. Sophist. pag. 545. 2), et, quod fabri filius esset, ἐπίθυ-



ρον vocatum testatur, pro quo ἐπίουρον <sup>1)</sup> legunt Meursius VI, 9. Attic. Lect. idem in Critico Arnobiano p. 109. Salmas. ad Solinum p. 775. Bochartus in Geographia S. p. 718. et Holstenius in praefat. ad Secundum, facili e Suida emendatione, apud quem et ipsum altum est de fabula illa silentium; contra non levis occurrit error, quod Secundum hunc cum Plinio Secundo confundit. Sed propemodum assentior Meursii conjecturae, qui negandi particulam in Suidae codicibus excidisse putat <sup>4)</sup>, legitque οὐχ ὅς ἐχρημάτισε Πλίνιος, ut paullo post Ἡρώδου pro alieno ac vitioso Ἡροδότου. Quamquam certum est, hunc errorem erratum etiam ab aliis, quandoquidem in editionibus quibusdam sententiarum Secundi, ut Monasteriensi an. 1597. <sup>5)</sup>, quam in sua Notitiae dignitatum Imperii editione Paris. 1651. 12. ab hoc tamen errore immunis secutus est Philippus Labbeus, hunc videas titulum praefigi: Altercatio Hadriani Imp. et Plinii Secundi. Ceterum responsa Secundi Atheniensis ingeniosa et aenigmatica graece et latine primus e bibl. regis christianissimi in lucem edidit Lucas Holstenius cum Sallustii philosophi libello de diis, Demophili <sup>6)</sup> similitudinibus et sententiis elegantissimis ἐκ τῶν Πυθαγορείων, (quas βίου θεραπείαν sive Vitae curationem inscripsit auctor) et Democratis <sup>7)</sup> philosophi vere aureis sententiis, sententiisque non minus egregiis Sexti Pythagorei, sed his quidem postremis ex sola, quae aetatem tulit, Rufini versione Rom. 1658. 12. Lugd. Bat. 1638. 12. et in Opusculis mythologicis, ethicis et physicis junctim editis a Th. Galeo Cantabrig. 1670. 8. et Amst. 1688. 8., in qua posteriore editione Holstenii praefatio ad Carolum et Maphaeum Barberinos, et praefatio ad Lectorem desideratur, ex qua discas, Demophilum e Vaticana, Democratem e Barberina depromsisse bibliotheca, Secundi vero sententias, vel potius aenigmata verum existimasse et genuinum sophistae illius arguti et βραχυλόγου foetum, de quo

post Antonii, inquit, et Vincentii Testimonia dubitare non licet. (Demophili, Democratis et Secundi sententias, cum vita Secundi, antea non edita, ex apographo Gudiano codicis Medicei, edidit Jo. Adam Schier Lipsiae 1754. 8. Adde Fabric. infra vol. XIII. lib. 6. cap. 10. pag. 643 sq.) Similes ingeniosae definitiones ex Antonio Chapuis leguntur in A. Veiderii Bibl. gallica pag. 54 sq. Plures e veteribus scriptoribus collegit Fridericus Lundenbrog. in libro, qui MS. est in bibl. Joannea Hamburgensi.

Obseruo interim, Antonium Melissam<sup>8)</sup> longe alium codicem sententiarum Secundi habuisse, quam Holstenius. Eadem autem descriptio mulieris, quae ex Secundi ore apud Antonium exstat, a Lambecio e Codice Caesareo producitur lib. VII. p. 270. (pag. 579. edit. Kollar.). Diversa ab Holstenii pariter et Antonii est in Codice Gudiano in plurimis ab Holsteniana editione discrepante, cujus apographum servo<sup>9)</sup>, et ex illo nihil aliud in praesenti produco, quam hanc monachi descriptionem, ab Holstenio vel non inventam, vel, quod auctorem neutiquam habere potest Philosophum istum Secundum, ab eo praetermissam: *Τί ἐστὶ Μοναχός; Θάνατος πολούμενος, ἀγωνοθέτου θυμός, γαστριμαργίας ἐπιθυμία, τύχης παράπτωμα, ὄξυς θάνατος, περισαλπίζομένη μοῖρα, παραμένων μόρος, κακὴ νίκη.* Quam varii olim circumlati sint responsionum Secundi codices, videre etiam licet ex Vincentio supra laudato XI, 71. Speculi historial., ex auctore semibarbaro operis de vitis philosophorum Cap. 119. et e Caspare Barthio XV, 17. Adversar., si vel inter se, vel cum graecis codicibus conferantur. Vide etiam, si placet, Ionsium pag. 278. Itaque si quid argutiarum et ingenii veteris illius Secundi in his sententiis, quod non negaverim, superest, valde tamen interpolatas ad nos pervenisse manifestum est. (Quae etiam est sententia Bruckeri.) Alias praeterea ab editis Democratis sententias exstare in Caesareo codice, refert Lambecius lib.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



Basnag. Annal. ad a. 258. §. 8. Heumann. addo Jagemann Geschichte der freien Künste und Wissenschaften in Italien vol. I. pag. 263 sq. Laudat eum Seneca ep. 59. p. 210. vol. II. Opp. edit. Gronovii: Sextium (ita enim quoque scribitur) ecce cum maxime lego, virum acrem, graecis verbis, Romanis moribus philosophantem etc. ad quem locum et in manuductione ad phil. stoicam I. diss. 6. plurimis egit Lipsius de illo Sextio, stoico philosopho, Tiberii aetate, qui vero Pythagorae philosophiam (vid. Senec. ep. 108. et de ira lib. III. p. 56.) quodammodo revocasse, et cum stoica (vid. Senec. ep. 64.) conciliasse visus est. Huic Sextio Galeus in praefatione ad Opuscula mythologica et Fabricius partim h. l., partim, idque uberius vol. XIII. 645. Fontaninus in hist. litt. Aquilejensi p. 305 sq. Moshemius in dissertatione de turbata per recentior. Platonicos ecclesia §. 45. Syntagm. diss. hist. eccl. pag. 202. Bruckerus in hist. crit. phil. tom. II. pag. 91 sq. (ubi §. III. vitam et laudes Sextii persequitur, §. 4. autem ea, quae in utramque partem disputata sunt, summam recenset, et suam uberrime declarat firmatque sententiam) atque Saxius V. C. in Onomastico lit. vol. II. p. 570 sq. adserunt sententias. Eandemque sententiam amplecti videtur Mansius ad Fabricii bibl. lat. mediae et infimae aetat. vol. VI. pag. 196. Alii tamen Rufini confusionem sequuntur, et illas Sixto II. sive Xysto, episcopo Romano, mortuo A. C. 257., vindicant, n. Urbanus Godofredus Siberus, theologus quondam cel. Lipsiensis, et historiae ecclesiasticae peritissimus; nec dissentire videtur Hamberger. in: Zuverlässigen Nachrichten cet. tom. II. pag. 589 sq. Reinesius in epistola ad Daumium p. 225. et Mich. Lequienius in notis ad S. Jo. Damascenum, qui eum sub nomine Sixti Romani laudat in Sacris Parallelis tom. II. Opp. p. 562., auctorem credunt fuisse Christianum, eumque philosophum. Cf. Fontanin. l. c. p. 307. Siberi iudicium, quod Fabricius in vol.

XIII. docte lateque examinarat, atque argumenta ea, quae contra Siberum scripserat, huc suo loco transferam. Prius tamen editiones indicabo, duce potissimum Fontanino. Hic vero pag. 303. recudendum curavit Prologum Rufini interpretis ex editione B. Rhenani, in quo verba notanda sunt: „Aperto et satis plano sermone Sixtum in latinum verti, quem Sixtum ipsum esse tradunt, qui apud vos idem in urbe Romana Sixtus vocatur, episcopi et martyris gloria decoratus. — — omne autem opus ita breve, ut de manu ejus (Aya-mae) nunquam possit recedere, totus hic liber ibi pristini alicujus pretiosi obtinet anuli locum. Hunc ergo interim habe in manibus pro anulo. — — Addidi et electa quaedam religiosi parentis ad filium, sed breve totum, ut merito omne opusculum vel Enchiridion graece, vel latine Anulus appelletur.“ Vide igitur originem nominis et inscriptionis! Ille vero Prologus desideratur in Galei aliorumque editionibus, tum in omnibus Patrum bibliothecis, quibus Xysti liber inseritur, tom. III. edit. Parisiens. 1575. tom. V. an. 1589. 1609. 1624. 1634. 1644. 1654. tom. III. edit. Coloniensis 1618. et tom. III. Lugdunensis 1677. Idem p. 313. animadvertit, praeunte Galeo, latina exemplaria harum Parabolarum, ut Seneca appellat, adeo inter se discrepare, ut ferme constet, duas Xysti editiones antiquitus prodisse, (quod pag. 310. clarius exponit) quosdam codd. plures, alios pauciores comprehendere sententias, alibi multa repeti, atque immutari ordinem; alia quoque exemplaria non uno tenore procedere, sed duas partes constituere, quod posterius ab Hieronymo notatum, et in Champeriana editione servatum sit; denique Galeum affirmasse, nullum se codicem nactum esse, cui ex accurata praedictorum collatione aliqua accessio fieri non possit. Editiones hae sunt:

„ Sixti seu Xysti Anulus, editore Symphoriano Champerio, cum ejusdem libro de quadruplici vita. Lugd.



apud Iannot de Campis. 1507. 4. Rufinus, teste Hieronymo, lib. VI. in Ezechiel. cap. 18. volumen in duas partes diviserat: quem ordinem servavit Champerius: contra deseruerat Rhenanus, Bigneus, Galeus aliique. Docet autem Fontaninus, editionem Champerii ad fidem codicis longe omnium antiquissimi et sincerissimi expressam esse. Hanc editionem ignorasse videtur Rhenanus; in praefatione enim ad suam editionem ait, Xysti sententias ad antiquum exemplar, quod apud Divam Fidem Selestadii habetur, a se recognitas.

Idem — cum Pythagorae aureis carminibus. Wittenberg. in Off. Grunenber. 1514. 4.

Aeneae Platonici Christiani de immortalitate animae, deque corporum resurrectione, dialogus aureus, qui Theophrastus inscribitur, Ambrosio Camaldulense interprete. Athenagoras Atheniensis de resurrectione; Marsilio Ficino interprete. Xysti Pythagorici sententiae, Rufino interprete (cura Beati Rhenani). Basileae apud Joannem Frobenium. 1516. 4.

Rhenani et Chamberii editiones, quae alicubi discrepent, praesertim in prologo, mereri, quae inter se conferantur, adnotat Fontaninus pag. 304. Hanc vero editionem Siberus principem esse perperam putarat.

Tum prodiit libellus Lovanii 1518. 4. Basileae 1520. 4. Coloniae 1522. 4. Paris. 1541. 4. Venetiis ad signum spei 1552. 12. sine prologo fol. 122. post indicem libelli sic inscripti: Dicta pretiosa sive loci communes ex omnibus fere doctoribus, qui in sacris litteris scripserunt, per Defensorem theologum vetustissimum excerpti.

Sententiae Sixti aut Xysti, quae verae sapientiae praeceptis refertae sunt, et ad coelestem disciplinam animos informant, Ludovici Hillesemii Andernaci docta explanatione illustratae. Coloniae apud Maternum Cholinum 1574. 8. sine prologo.

Hillessemius sententias per numeros ad oram distinxit, (quod a reliquis neglectum est) et commentario displicuit. Margarinus Bigneus, omissis notis, ex hac editione suam expressit, tom. III. Bibl. patrum pag. 962. etc. editionis primae Paris. 1575: unde reliquae omnes manarunt. V. Fontanin. p. 303. et p. 314. Coler. in Anthol. fasc. I. cap. 8. Lipsiae 1725. 8.

Gnomae sive sententiae de moribus non minus eruditae quam piae Xysti philosophi, Laurentii Pisani, et Thalassii episcopi, nunc primum seorsum editae studio Joannis a Fuchte, Helmestadii apud Jac. Lucium 1615. 12.

Sexti Pythagorei sententiae e graeco in latinum a Rufino versae, et Xysto Romanae ecclesiae episcopo falso attributae: sine prologo. Cum Opusculis mythologicis etc. Tho. Gale. Cantabr. 1671. 8. et Amst. 1688.

S. Sixti II. philosophi pontificis R. et martyris Enchiridion, ut Christianum saec. III. monumentum juxta Codicem Beati Rhenani edit, observationibus illustrat, adversus S. Hieronymi, Gelasii, J. M. Brasichellensis etc. censuras vindicat, concilioque Rom. sub auspiciis XIII. P. R. A. R. S. 1725. convocato ad restituendam libri famam offert Urbanus Godofredus Siberus. Lipsiae 1725. 4.

Haec editio dedit occasionem Fabricio, uberius de Sextio ejusque sententiis disserendi fol. XIII. quam *ἑξῆς* hic loco suo eoque commodiore instar postliminii reducam. Recensuit autem scriptores a Galeo collectos. Hinc ad Sextii sententias ubi pervenit, ita p. 645 sqq. pergit: Galeo, qui sententias Sextio philosopho tribuit, gravem dicam scribit pag. 53 sq. V. ven. Urbanus Godfrid' Siberus, qui easdem eruditis notis illustratas separatim edidit, atque Sixtio II. episcopo Romano et martyri conatur adserere, Lipsiae 1725. 4. praefixa etiam sub Sixti hujus II. nomine efficta epistola, qua



Concilio Lateranensi, Romae superiore anno sub Benedicto XIII. congregato, has sententias dedicavit. Sed certum esse puto, aliud sensisse Origenem et Hieronymum, qui sententias has christiani scriptoris esse minime existimarunt: Origenes non modo episcopum et martyrem nunquam nominat, quod neutiquam omisisset, toties ejus ingerens mentionem, vel semel facere, sed etiam diserte tanquam scriptum non Christiani, a Christianis tamen non infrequenter lecti, atque adeo probati meminit VIII. contra Celsum pag. 497. et tom. XV. in Matthaeum 569. atque eodem referre licet, quod ecclesiasticum philosophum vocat S. Maximus in Dionysium Areopag. cap. 5. Mysticae theol. tom. II. p. 85. Rufinus autem, qui primus sub Sixti martyris nomine illum sententiarum libellum latinis auribus commendavit, non modo temeritatis et insaniae eo nomine arguitur ab Hieronymo in cap. 18. Ezech. et ad Ctesiphontem contra Pelagianos, et cap. 22. in Jeremiam; sed monetur etiam, in eo Christi, Spiritus S., Dei patris, patriarcharum, prophetarum et apostolorum nomina reticere, quum in Hieronymi sententiis, quas vir clar. pag. 65. sq. objicit, toties Christus de nomine celebretur. Et quis neget, ab ethnico etiam potuisse scribi philosopho; licet nihil additum a Rufino largiamur, sentent. 171. Sapientia animum perducit ad deum: et 172. Nihil tam vernaculum sapientiae, quam veritas: et sentent. 54. Habes in te aliquid simile deo. Sanè tamen, si interpolatorias manus suspicari in his sententiis non esset necesse, christianum scriptorem illae hinc inde proderent. Quaecunque autem habemus graeca, ea ab ethnico proficisci potuerunt omnia. Quod porro Laurentius martyr apud S. Ambrosium I. de officiis inducitur ad Sixtum; martyrii candidatum, dicens: Abiectio discipuli detrimentum est magistri, cui respondere videtur, quod est in Sixti sententiis n. 178. Peccata discentium opprobria sunt doctorum; ad hoc re-







quam Lugd. 1507. 4. adornavit Symphorianus Champerius, cum libro suo de quadruplici vita et commentariis ad Theologiam Aſclepii et Isocrate ad Demonicum. In hac enim sententiarum Sexti editione pars, secunda incipit ab illa, quae in editione laudati Siberi est. CLXX. *Fides omnes actus tuos praecedat.* In eadem Chamberiana, exstat quoque sententia lecta Augustino et Pelagio: *Libertatem arbitrii sui permisit hominibus, deus, ut pure et sine peccato viventes deo similes fiant.* Et illa in duas partes divisio et haec sententia desideratur in aliis editionibus, ut in ea, quam B. Rhenanus, Basil. 1516. in 4. dedit ex MS. Selestadiensi, et quae in Bibliothecis Patrum, et in Galeana utraque, nec non in Helmstadiensi, quam cum sententiis Laurentii pisani, Presbyteri et Thalassi episcopi vulgavit Jo: a Fuchte, 1615. 8.; etiam in illa, quam divisam in XLII. Petrus Poiretus subjunxit, ideae theologiae christianae juxta principia Jacobi Bohemi, Teutonici, Amst. 1693. Optandum erat, graecas exstare et ab interpolationibus Rufinianis immunes has sententias: ita enim apparet, nil in iis occurrere, quod scribi non potuerit ab ethnico philosopho. Nihil certe aliud observabitur in illis, quae eadem cum gnomis hiscé graece leguntur inter Demophili et Democratis sententias, vel apud Nilum Maximumve, vel apud Stobaeum, vel apud Origenem denique, nominatim Sextum laudantem. Sic, quod apud Sextum est XLII. Quod tibi deus dat, nullus auferre potest; in Demophili sententiis ita exprimitur: *Δῶρον θεοῦ πάν ἀναφαίρετον.* Sexti CCCXLIII. Qui cogitat adversum alium mala, ipsa praeveniens ipse perfert mala; apud Demophilum: *Βουλευόμενος περὶ ἄλλοῦ κακῶς, φθάνει ἑαυτὸν πάσχων ὑφ' ἑαυτοῦ κακῶς.* Sexti CCXCVIII. Sapiens vir, et cum tacet, honorat deum; apud Demophilum: *Σοφὸς καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ.* Quod in Sexti CCCXLIII. est, Homo incontinens polluit deum; apud Demophilum est: *Τὸ θεῖον μαινεῖται.*





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





tentiae quaedam occurrunt in collectione sententiarum in codice Medic. Florent. teste Bandinio, Catal. vol. 1. p. 354. Harl.

2) Pag. 544. edit. Olearii, cujus doctas conferas notas. Ille *ἐπιουρον* in textum admisit. Adde Maussaci diss. crit. ad Harpocrat. p. 401. Fabellam istam de silentii causa satis infacetam ex libro MS. sententiarum, una cum variis Secundi sententiis Hadriano imp. dictis, Caspar. Barthius inseruit lib. XV. Adversariorum cap. 17. Ejusdem mentio, ut ait idem Olearius, est apud Phrynichum dict. Attic. p. 44., ubi Grammaticum vocat Secundum nostrum *συγγενόμενον τῷ Πολέμωνι τῷ Ἰωνικῷ Σοφιστῇ, ὄντα τὰ ἄλλα δεξιὸν ἐπὶ λέξιν, καὶ διορθοῦντα τὰ γράμματα τοῦ Σοφιστοῦ*. Paulo post pergit: Secundo philosopho quoque inscribuntur Apologi Indici Kelile Vadimma (al. Cylile et Dimne) seu Stephanites et Ichnilates dicti, et a Sebast. Gottfr. Starkio de novo editi. Sic in cod. Vindobon. XXVI. n. 5. in Lambecii comment. de bibl. Caes. lib. et vol. VI. p. 272., ubi Lambec. fusius de libro hoc et Secundo disserit. Adde Brucker. Hist. crit. philos. vol. II. p. 158 sqq. et vol. VI. pag. 355. Secundi sententiae sunt in bibl. reg. Paris. n. 854. 1259. 1292. 2991. vol. II. Catalogi. Harl.

24. Ἴππου μὲν ἀρετὴν ἐν πολέμῳ, φίλου δὲ πίστιν ἐν ατυχίᾳ κρῖνομεν. [24—26. *Idem Serm.* π' ἐρὶ φίλων καὶ φιλίας.]

25. Σκευὴ τὰ μὲν καινὰ κρείττονα, φιλία δὲ ἢ παλαιότερα.

26. Φεύγειν δεῖ τὴν φιλίαν, ὧν τινων ἀμφίβολος ἢ διάθεσις.

27. Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων, μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια. [27—29. *Idem Serm.* περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας.]

28. Ἀρρωστοῦντι φορτίον ἐπιθεῖναι, ἢ ἀπαιδευτῷ ψυχῇ εὐτυχίαν ταυτὸν ἐστίν.

29. Ἡ τύχη, καθάπερ τοξότης, ποτὲ μὲν ἐπιτυγχάνει βάλουσα ἐφ' ἡμᾶς, ὥσπερ ἐπὶ τινὰ σκοπὸν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ σύνεγγυς παρακείμενα ἡμῖν.

30. Στάσιμοι εἰσὶν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ὡς ἐν λιμένι τῷ λογισμῷ ὁρμουῦσαι. [30 et 31. *Maxim. Serm.* περὶ ἐλπίδος.]

31. Αἱ μὲν τῆς ἀρετῆς ἐλπίδες ἴδιαί εἰσι τῆς ψυχῆς, αἱ δὲ τῆς κακίας νόθοι.

32. Ὁ μὲν χειμῶν σκέπη, τὸ δὲ γῆρας ἀλυπίας δεῖται. [*Anton. Serm.* περὶ γερόντων ἐν ἀρετῇ καὶ συνέσει κεκόσμημένων.]

33. Γέρον ἀνόητος, ὥσπερ τρίβων παλαιὸς, εἰς οὐδὲν ἐστὶν εὐθετος. [*Idem Serm.* περὶ γερόντων ἐν ἀνοίᾳ βιούντων.]

34. Ὡς γὰρ ὁ καικίας τὰ νέφη, καὶ ὁ φαῦλος βίος ὑφ' ἑαυτὸν ἔλκει τὰς λαιδορίας. [34 et 35. *Ant. et Max. Serm.* περὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς.]

35. Ὁ ὑπὲρ μικρῶν ἀμαρτημάτων ἀνυπερβλήτως ὀργιζόμενος οὐκ ἔα διαγνῶναι τὸν ἀμαρτάνοντα, πότε ἔλαττον καὶ πότε μεῖζον ἠδίκησεν.



24. Equi bonitatem in bello, amici vero fidem in calamitate judicamus. [24 — 26. *Idem Serm. de amicitia et amicis* ]

25. Vasa quidem meliora sunt nova: sed amicitia praestat, quo vetustior.

26. Eorum fugienda amicitia est, quorum animus ambiguus et inconstans est.

27. Splendidae fortunae, sicut venti vehementes, inferunt magna naufragia. [27 — 29. *Idem Serm. de fortuna bona et mala.*]

28. Infirmo onus imponere et animo indocto prosperitatem prorsus idem est.

29. Fortuna sagittarii more collimat, interdum in nos jaculans, tanquam in scopum quendam, interdum in ea, quae nobis adhaerent.

30. Stabiles eruditorum sunt spes, ut quae in rationis portu conquiescant. [ *Max. Serm. de spe.* ]

31. Virtutis spes propriae sunt animi, vitii autem nothae.

32. Hyems tegumentum, senectus doloris vacuitatem requirit. [ *Anton. Serm. de senibus virtute et prudentia ornatis.* ]

33. Senex stultus, quemadmodum lacerna vetusta, nulli rei est aptus. [ *Idem Serm. de senibus inhonestis.* ]

34. Ut caecias nubes, sic improborum vita in se convicia attrahit. [34 et 35. *Ant. et Max. Serm. de ira et excandescencia.* ]

35. Qui ob levia peccata vehementissime ira commovetur, non sinit discernere peccantem, utrum leviter an graviter deliquerit.









**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



E. H. HOUSTON

MEMORANDUM

TO :

FROM :

DATE :

BY :

APPROVED :



# ANNOTATIONES

## IN

### DEMOPHILI SIMILITUDINES.

---

1. *Eοικεν η κολακεια*] Eandem similitudinem Socrati auctori adscriptam servavit nobis Stobaeus Serm. XIV. [O.]

2. *Η παιδεια ὁμοια ἐστὶ χρυσοῦ στεφάνῳ* etc.] Respicit auctor antiquum morem victoribus coronas conferendi, quarum quaedam ex foliis et ramulis contextae honorem quidem afferebant, at pretio carebant. Maximum autem praemium corona aurea erat, quae utrumque habebat. [Stroth.]

3. *Οἱ ἐλαφροὶ . . . . . εὐβάστακτοι τοῖς ὠταρίοις εἰσὶν*] Ita Plutarchus in Praeceptis Polit. (Cap. V. Tom. XII. pag. 148. ed. Hutten. O.) τὸν μὲν οὖν λύκον οὐ φασὶ τῶν ὤτων κρατεῖν· δῆμον δὲ καὶ πόλιν ἐκ τῶν ὤτων ἄγειν δεῖ μάλιστα. [Holsten.] Sensus est: facile quovis verbo moventur, et quo quivis ad eos loquens vult, impelluntur. Tale quid de Gallis Caesar narrat B. Gall. IV, 5. *rumoribus permoti de summis saepe rebus consilia ineunt, quorum eos e vestigio poenitere necesse est, cum incertis rumoribus serviant.* [Stroth.] Ceterum amphibolia quaedam latet in v. ὠταρίοις. ὠτα scilicet vel ὠτάρια apud Graecos utrumque significat, cum aures hominum vel animalium, tum etiam λαβάς i. e. ansas (*Handhabe, Henkel*) vasculorum, apud Latinos non item. Nam aliud est, quod Virgilius dicit Georg. I. v. 172. de aratro:

*Binae aures, duplici aptantur dentalia dorso,*

vide ibi Heynii et Vossii Notas. Etiam Germani distinguunt *das Ohr* animalis et *das Oehr* vasculi. Antonius in Melissa legit τοῖς ὠτίοις. [O.]

4. *Ὁ βίος ὡσπερ ὄργανον* etc.] Idem inculcavit Dion, Cato Libr. III. Distich. 7.

*Interpone tuis interdum gaudia curis,*

*Ut possis animo quemvis sufferre laborem.* [Schier.]

Paulo aliter legitur haec sententia Plutarcho adscripta apud Ma-



ximum Serm. περὶ φιλοπονίας p. 374. (ed. Stobaei Wechel.) "Ὡσπερ ὄργανον ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον ἡδὺ γίνεται, οὕτω καὶ βίος. [O.]

ἀνέσει καὶ ἐπιτάσει]. Propria verba de instrumentis musicis fidibus tensis. Theano Epist. III. nostrae edit. Epist. Socrat. pag. 60. Ἄλλ', ὡ φίλη, ἴσθι μιμουμένη τὰ ὄργανα, ἃ διαφωνεῖ μᾶλλον ἀνεμένα, ἐκρήττεται δὲ μᾶλλον ἐπιτεινόμενα· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν θεραπειῶν ταυτόν. Ἡ μὲν ἄγαν ἄνεσις διαφωνίαν ἐμποιοῦσα τῆς πειθαρχίας, ἡ δὲ ἐπίτασις τῆς ἀνάγκης, διάλυσιν τῆς φύσεως. Ceterum eandem similitudinem Socrati auctori adscriptam servavit Stobaeus in Florileg. Cap. III. ubi pro ἀρμοζόμενος legitur ἀρμοττόμενος. Et omnino haec lyrae egregie consonantis et omnibus fidibus conspirantis cum vita sibi consonante comparatio familiaris erat antiquis Pythagoreis. Sic Euryphamus ap. Stobaeum: ἀνθρώπῳ γὰρ ὁ βίος λύρας ἐξακριβωμένος καὶ κατὰ πᾶν ἐπιτελέος εἰσίας εἰκὼν ἐντι. Quam ob causam Pythagorei philosophiam appellant τὴν μεγίστην μουσικὴν, quia apte componat mores et efficiat τὴν ψυχὴν τὴν ἀρίστην ἀρμονίαν, ut docet Proclus in Politiam Platōnis p. 564. Conf. de hac re doctissime disputantem Wernsdorf. ad Himerium Eclog. XXVIII. p. 284 seq. [O.]

5. Ὁ λόγος etc.] Ratio sola constituit, exornat et perficit hominem. Sine ea homo statua potius quam homo est. Unde stupidi et indocti. statuis frequenter adsimulantur; uti quidem

*truncoque, simillimus Hermae*

audit dives quidam, sed insulsus ac stupidus, Juvenali Sat. VIII. v. 53. [Schier.] Eandem sententiam Socrati adscriptam servavit Stobaeus Serm. LXXIX. περὶ γραμμάτων. [O.]

7. Τῆς ἀλαζονείας etc.] Sententia Diogeni auctori adscripta iisdem verbis legitur etiam apud Stobaeum Cap. VIII. Gesner. Francof. (XXII. Schow.) περὶ ὑπεροψίας. [O.]

10. Οὔτε τῆ γαμετῆ etc.] Antonius et Maximus Serm. περὶ κολακείας p. 247. hanc sententiam Plutarcho adscriptam melius sic efferunt: Οὔτε τῆς γαμετῆς τὴν ἑταίραν οὔτε τῆς φιλίας τὴν κολακείαν δεῖ προτιμᾶν. [O.]

11. Ὡσπερ αἱ χελιδόνες] Hinc Graecorum proverbium: Χελιδόνων μουσεῖα. Aristophanes in Ran. v. 93.

Ἐπιφυλλίδες ταῦτ' ἔστι, καὶ στωμύλματα,  
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης.

ubi Scholiastes: Χελιδόνων μουσεῖα — ἀντὶ τοῦ βάρβαρα καὶ ἀσύνετα. Καὶ γὰρ παροιμία ἐπὶ τῶν βαρβάρων καὶ πολυλόγων καὶ ἐπαχθῶν ἐστὶ ταπτομένη. τοιοῦτον γὰρ τῶν χελιδόνων γένος, πλέον διὰ τὸ πολὺ τῆς ᾠδῆς ἀνίσιν τοὺς σκούοντάς, ἢ διὰ τὸ μέλος ἐνφραῖνον.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





v. τὰ βάρη. In viro bono, τὸ βάρος est gravitas (*Seelenstärke; gesetzter Ernst*), quo sensu pondus dicunt etiam Latini, v. c. Arnobius Lib. VII. Cap. 38. *homo quivis laetus nec ad studium plenae gravitatis et ponderis eruditus.* ubi vide quae annotavimus in Ad-  
dendis ad Tom. II. pag. 479. nostrae edit. In luctatore autem τὰ βάρη sunt vel, ut Holstenius vertit, *corporis moles* aut *robur*, καρτεροὶ ὦμοι, ut ap. Lucian. Dial. Mort. I. νεῦρα εὐτονα καὶ ὦμοι καρτεροί: vel, quod cum ob numerum pluralem tum ob verbum μεταφέρειν magis placet, intelligendi ἀλτήρες, *halteres*, massae plumbéae aut lapideae, quibus utebantur palaestritae in exercendis corporibus, de quibus videndi Galenus de sanitate tuenda Lib. II. pag. 242. Tom. IV, ed. Basil. Foesius in Oeconomia Hippocratis h. v. et Upton ad Arrian. Dissert. Epict. I. Cap. IV. §. 13. pag. 54. ed. Schweigh. Utrumque sensum et viro bono et luctatori convenientem Germanice expresseris vertendo *seine ganze Schwerkraft mitnehmen.* [O.]

17. Ἡ αὐτάρκεια] Per αὐτάρκειαν et *frugalitatem* et *animum sua sorte contentum* cum Josepho Schwedbergio hic loci intelligi arbitramur. Frugalitatem quippe Pythagoram adamasse et aliis imprimis commendasse testantur scriptores. Confer. Justin. Histor. Lib. XX. Cap. 4 et 5 seq. [Schier.] Eadem similitudo Socrati adscripta legitur etiam apud Stobaeum Cap. V. [O.]

κοπον δὲ μικρόν] MS. Vatic. legit τόπον δὲ μικρόν nullo sensu: unde, cum apud Stobaeum Serm. V, πονον scriptum sit, non dubitavi κόπον hoc loco substituere. [Holsten.]

19. Τῷ γελοίῳ καθάπερ ἄλλι etc.] Haud infrequens apud veteres joci et facetiarum cum sale comparatio. Cicero de Orat. I. 34. *Libandus est etiam ex omni genere urbanitatis facetiarum quidam lepos, quo tanquam sale perspergatur omnis oratio.* Similiter in SS. litteris Coloss. IV, 6. Ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἄλατι ἡρτυμένος. Conf. qui veterum loca diligentissime collegit Wakefield in Silv. Crit. P. III. pag. 128. et seqq. Ceterum eadem sententia Socrati adscripta exstat apud Stobaeum Serm. XXXII. [O.]

20. Καὶ ὑπόδημα etc.] Haec sententia restituenda apud Stobaeum Serm. 3., ubi corrupta et male divulsa exstat. Contrarium sentit Aristippus apud Maximum Serm. 140. Οὐχ ὥσπερ ὑπόδημα τὸ μῦζον ἀχρηστον, καὶ ἡ πλείων κτήαις· τοῦ μὲν γὰρ ἐν τῇ χρήσει το περιττὸν ἐμποδίζει, τῇ δὲ καὶ ὅλη χρῆσθαι κατὰ κτηρὸν ἔστι, καὶ μέρει. (Sic enim legendum pro μένει.) [Holsten. et O.]

βίος ἀρμάτων] *Victus sufficiens, vel fortunae modus*



*apte quadrans*, ut vertit Holstenius. *βίος* de victu; rebus ad vitam necessariis in gen. Suidas: *βίος* — ποτὲ μὲν ἢ οὐσία των κτημάτων. Conf. Perizon. ad Aelian. V. Hist. XIV, 32. et quae observavimus ad Epist. Socratic. 29. pag. 260 et 311. [O.]

21. οὐσία] Melius Antonius Meliss. Serm. *περὶ πλούτου* p. 761. *περιουσία*. [O.]

23. Δεῖ ὡπερ Σειρήνας etc.] Ex notissimo Homeri figmento de Ulyssis navigatione per scopulos Sirenum. (Odys. M. vs. 39 seqq. et 125 seqq.) Eas tamen Plutarchus Sympos. Lib. IX. Quaest. XIV. ex Platonis mente easdem cum Musis esse docet. Sed locum de Sirenum cantu hactenus pro derelicto et desperato habitum hic emendatum propono: ἐνταῦθα δὲ πρὸς ἡμᾶς ἀμυδρά τις οἶον ἤχῳ τῆς μουσικῆς ἐκείνης ἐξικνουμένη. διὰ λόγων ἐκκαλεῖται καὶ ἀναμιμνήσκει τὰς ψυχὰς ὧν τὸ ὄτε μὲν πλεῖστον περιαλήλιπται καὶ καταπέπλοσται σαρκίνοις ἐμφράγμασι καὶ πάθεισιν, οὐκ κρηνοῖς. hoc ait: *Coelesti illa Sirenum musica excitari et admoneri animas, quarum aures obturatae et stipatae sunt septimentis et affectionibus carneis; non cereis.* Nam voces istae τότε et κρηνοῖς nauci sunt, et allusionis elegantiam perdunt. [Holsten.] Ceterum voces ab auctore adhibitae *παρελθεῖν* et *ἰδεῖν πατρίδα* abunde testantur, illum respexisse narrationem illam de Ulysse. [Stroth.] Eandem sententiam Socrati adscriptam habet Stobaeus Serm. V. ubi postrema verba ita leguntur: τὸν σπεύδοντα τὴν ἀρετὴν ἰδεῖν ὡπερ πατρίδα. Voluptatum comparatio cum Sirenibus frequens apud antiquos. Vide, qui nubem exemplorum congescit, Jo. Columb. ad Incerti Fab. Homerie. de Ulyssis erroribus Cap. VII. pag. 124 seqq. [O.]

24. ὡπερ] οἱ ἐν σὺδίᾳ etc.] Ita Terentius in Phormione (II, 1, 11.):

*Omnes, cum secundae res sunt maxime, tum maxime  
Meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam fe-*  
*rant.* [Holsten.]

Nec abludit illud Horatii II. Od. X, 13.

*Sperat infauſtis, metuit secundis  
Alteram sortem bene praeparatum  
Pectus.*

Ceterum eandem similitudinem Socrati auctori adscribens servavit nobis Stobaeus Serm. III. ubi pro *ἐτοιμάζουσι* legitur *ἡτοιμάσασιν*. [O.]

26. καὶ μὴ δεικνύονται . . . καὶ μὴ πῶς κακῶς πράσσωσι] Ita Stobaeus Serm. III. qui hanc sententiam Socrati adscribit, Holstenius; Gale et Jacobs V. Cl. in libro elementari



Curs. I. pag. 55. Schierius autem et Strothius habent *διήκονται* — *πράσσοι*. At quamvis apud recentiores scriptores *κᾶν* pro *καὶ* *εἰάν* positum, nonnunquam cum Indicativo construatur, (vide Schaefer. in Append., ad Bastii Epist. Crit. pag. 26. et in editione Aristophanis, Pluti p. XXXVIII. et Hermann. ad Viger. pag. 822. ed. noviss.) nolim tamen aliquid mutare invitis codicibus. [O.]

*ἄφρονες*] *stulti*, hoc est eorum, quae per stultitiam miserunt, male sibi conscii, qui interdum sic terrentur et perturbantur, ut foliorum strepitu expavescant. Nempe *ea communis poena stultitiae est: omnibus, quorum mens abhorret a ratione, semper aliquis terror impendet.* Cicero Quaest. Tusc. IV, 16. [Schier.]

27. *Ὁ τῶν φιλαργύρων* etc.] Stobaeus, qui Serm. XVI. (Schow.) *περὶ φειδωλείας* eandem similitudinem habet Socrati adscriptam, legit: *Ὁ τοῦ φιλαργύρου.* Ex eodem articulum ante *ἥλιος* addidi. [O.]

28. *Οἱ μὲν κατ' ἐνιαυτὸν* etc.] Apud Jamblichum Libr. II. de secta Pythagorica (sive Adhortat. ad philosophiam. O.) *φιλοσοφίας*, non *φιλίας*, legitur: sed suus utrique constat sensus, Melissa serm. 135. cum Demophilo congruit: rectius tamen verbis transpositis legit: *οἱ μὲν ἐκ τῆς γῆς καρποὶ κατ' ἐνιαυτόν.* Ego Vaticani Codicis scripturam repraesentavi. [Holsten.] Apud Jamblichum l. I. pag. 20. ed. Kiessling. sententia haec ita legitur: *Ὁ μὲν τῆς γῆς καρπὸς δι' ἐνιαυτοῦ, καθ' ἕκαστον δὲ ὥρας μῦριον ὁ τῆς φιλοσοφίας ἀποδίδεται.* [O.]

29. *ἀρμόσασθαι*] *sibi adaptare, concinnare, zu seinem Gebrauche stimmen.* Nisi legere malimus *εἰς* vel *πρὸς τὸ πᾶν ὄργανον ἀρμόσασθαι*, ut Stobaeus habet Serm. III. in simili sententia Aristonymi: *Κυβερνήτου μὲν ἔργον ἀγαθοῦ εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἀρμόσασθαι, ἀνδρὸς δὲ σοφοῦ πρὸς τὰς τῆς τύχης.* Wakefield. in Silv. Crit. Tom. III. pag. 32. leg. *τὸ παντὶ ὄργανῳ ἀρμόσασθαι, se aptare omni instrumento; i. e. suas partes agere, quodcunque demum instrumentum ei in manus dederis, apposite citans Pers. Sat. V, 95.*

*Sambucam citius caloni aptaveris alto.*

Sed vulgatam lectionem tuetur locus simillimus Juliani Orat. II. init. ab eodem Wakefieldio citatus: *Τὸν Ἀχιλλέα φησὶν ἢ ποιήσεις, ὅποτε ἐμήνισε καὶ διηνέχθη πρὸς τὸν βασιλέα, μεθεῖναι μὲν ταῖν χεροῖν τὴν αἰχμὴν καὶ τὴν ἄσπίδα, ψαλτήριον δὲ ἀρμοσάμενον καὶ κιθάραν ἄδειν καὶ ὑμνεῖν τῶν ἡμιθέων τὰς πράξεις.* [O.]

*πάση ψυχῇ συμφωνῆσαι*] Pro *ψυχῇ* reponerem *τύχῃ*, et





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



delle nous amene la belle saison. Hinc notissimum Graecorum proverbium: Ἡ χελιδὼν τὸ θέρος λαλεῖ. Vide Hadr. Iun. Adag. Cent. VII, 21. [O.]

42. Τὸν μηδὲν πρᾶξαντα] Antonius τοὺς μὴ νικῆσαντας. [O.]

43. Ἐἰς μὲν τὸ εὐπλοῆσαι etc.] Similiér Euryphamus Pythagóreus in egregio illo fragmento de vita ap. Stobaeum Serm. 101. (et in Gal. Opusc. Mythol. p. 868 seq. ed. Amst.): Τὸ μὲν γὰρ βουλευθῆμεν τὰ καλὰ, καὶ ὑποστᾶμεν τὰ δεινὰ, τὰς ἀρετὰς οἰκῆθὼν ἐντί· τὸ δὲ ὀρθοπλοῆσαι, τὰς προαιρέσεις, καὶ ἐπὶ τέλος ἔλθειν τὰς πράξεις, τὰς εὐτυχίας. ἐνίκασε γὰρ ὁ στραταγὸς, καὶ σὺν τᾶρετᾶ, καὶ σὺν τᾷ εὐτυχίᾳ, καὶ ἐπλόησεν ὁ κυβερνάτας, καὶ σὺν τᾷ τέχνᾳ, καὶ σὺν τοῖς οὐρίοις πνεύμασιν, καὶ εἶδεν ὁ ὀφθαλμὸς καλῶς, καὶ σὺν τᾷ ὀξυδορκίᾳ, καὶ σὺν τῷ φάσει· καὶ ἄριστος ὁ βίος ἰ τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο, καὶ διὰ τὰν ἀρετὰν αὐτὰν, καὶ διὰ τὰν εὐτυχίαν. [Holsten. et O.]

44. Ὁ μὲν δειλὸς etc.] Habet sententiam etiam Stobaeus Serm. IV. Socrati adscriptam, nisi quod ἔχει post v. ὄπλα ponit. [O.]

45. ἐξ — ἀγκυρίου σκάφος ὀρμίζειν] i. q. ἐπὶ ἀγκυρίου ὀρμίζειν, quae loquendi forma scriptoribus Graecis usitatior. Ita enim Homerus Il. E. v. 77. ὕψι δ' ἐπ' εὐνάων ὀρμίσσομεν, et Thucydides ὀρμίζοντες ἐπ' ἀγκυρῶν, anchoris stabilientes. [Schier.] Sic et Diodorus Biblioth. L. XIII, 18. Contra ὀρμίζειν ἐξ ἀγκυρίου legimus etiam apud Epictetum in sententia nostrae simillima Fragment. No. 89. ed. Schweighaeuser. Οὔτε ναῦν ἐξ ἐνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὀρμιστέον. quam itidem Socrati adscribit Stobaeus Serm. I. [O.]

Οὔτε τὸν ἀρρώστοντα] Apud Stobaeum, qui eandem sententiam habet Socrati adscriptam Serm. LXXXIX. pro ἀρρώστοντα legitur ἀρρώστον. [O.]

47. Οὔτε τὸν ἀρρώστον etc.] Melius et elegantius sententia haec Plutarcho attributa ap. Antonium et Maxim. Serm. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας p. 818. sic legitur: Οὔτε τὸν ἀρρώστοντα ἢ χρυσόπους ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἢ ἐπίσημος εὐτυχία. [O.]

48. ἐπιλύει] Legendum puto ἐπικλύζει, abluit. Vide celeb. Markland. ad Maxim. Tyr. Dissert. XXXIII, 5. [Dorville. ad Ghariton. VIII, 6. pag. 631. ed. Beck.] Antonius in Melissa p. 319. legit διαλύει. [O.]

ἐπιεικὴς λόγος] i. e. mitis, lenis oratio, ut bene vertit



Holstenius, *ein freundliches Wort*. Vide de h. v. Casaubon. ad Polyb. I. Cap. 14. et Schleusner. V. Cl. in Lexic. N. Test. [O.]

49. ἄγροικος] distinguendum ab ἀγροῖκος, quod in agris versantem denotat, seu rusticum, non propter mores, sed propter vitae genus ita appellatum. [Stroth.] Ammonius: ἀγροῖκος καὶ ἄγροικος διαφέρει· περισπωμένως μὲν, ἰὸ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν· προπαροξύτόνως δὲ, ὁ οὐκ αἰὸς τοὺς τρόπους. Idem praecipitur a Polluce IX. §. 12. ubi vide intpp. p. 982. ed. Hemsterh. Sed vanam esse utriusque vocabuli differentiam, Atticosque, ut γέλοιος dixerunt, reliqui Graeci γελοῖος, sic etiam dixisse ἄγροικος pro communi ἀγροῖκος cum de ruri habitante rustico, tum de eo, qui ingenio, moribus atque vita rusticum refert, homine imperito et inhumano, pluribus docet Fischérus ad Aristophanis Plut. v. 705. pag. 373. ed. Beck. Conf. Ruhnken. ad Timaei Lex. Plat. pag. 13 seqq. ed. nov. Ceterum eadem similitudo, ut reliquae omnes, Socrati adscripta legitur quoque apud Stobaeum Florileg. Cap. IV. et quidem diversimode nonnihil a scriptura Vaticani Codicis, ita scilicet Οὔθ' ὁ ἀνοστηρὸς οἶνος εἰς πόσιν εἴθετος, οὔθ' ὁ ἄγροικος τρόπος εἰς ὀμίλιαν. [O.]

50. Πιθήκων ὀργήν] Simiae recte confertur adulator, uterque enim exprimere et aemulari conatur alterius facta dictaque. Vide Terent. Eunuch. Act. II. Scen. 1. et Act. III. Scen. 1. De simiae ira et adulatione confer C. Jul. Solinum Polyhist. Cap. 27. [Schier.]

51. Τοῦ βίου etc.] Sententia insignis. Habet enim adolescentia secururae felicitatis vel infelicitatis, tum etiam honoris aut dedecoris quaedam quasi praesagia: saltem ex ea de his rebus aliquid ominari solent homines alii. Vere itaque Euphormio Lusininus, seu Joh. Barclajus Satyr. P. IV. C. 1. sunt in ejusmodi annis, inquit, quaedam omina crescentium vitiorum aut futurae virtutis. [Schier.]

52. Τὰς μὲν γραφὰς ἀσφαλέστερας] Cum similitudines istae, teste Jamblichō, πρὸς τὰ ἐναργῆ δειγμάτων τῶν ὄντων, hoc est, rerum perspicuarum comparatione, exprimentur, non video, qui scripturarum certitudo et securitas cum splendore actionum comparari possit. Gesnerus Melissae Cap. 1. (ubi eadem sententia legitur Democrito auctori adscripta) ἀρχὰς legisse videtur, ubi vulgo γραμμὰς editur. Puto et ipsi haesisse aquam, ideoque hariolum potius egisse quam interpretem. Mihi vox ἀσφαλέστερας suspecta, pro qua levissima mutatione ἀσαφεστέρας scriberem, verteremque: Picturas umbrā, actiones splendor commendat: nam, ut Plinius ait Lib. XXXV. Cap. 5., Pictura lumen



*invenit et umbras, differentia colorum alterna vice sese excitante.* Si de scripturis vocem ancipitem quis accipere malit; referenda erit sententia ad arcanum et reconditum, eoque obscurum scribendi modum Pythagorici gregis, qui symbolis et aenigmati animi sensa involvebat, Delphici Apollinis instar, οὔτε λέγων, οὔτε κρύπτων, ἀλλὰ σημαίνων, de qua obscuritate Jamblichum vide Lib. II. Cap. 21. Sed forte commodiori sensu ἀφειστέρας scriberetur: cum scriptionis, praesertim philosophicae, maxima virtus sit ἀφέλεια, sive pura et non affectata simplicitas; qualis in Xenophonte potissimum ab Aristide aliisque magistris commendatur, et qualem in Rustici literis observat laudatque principum sapientissimus M. Aurelius: atque haec nativa simplicitas in Ocello, Timaeo, Cebete ceterisque, quorum fragmenta supersunt, antiquissimis Pythagoreis maxime elucet. [Holsten.] Sin vero verba edita retinenda fuerint, utique et illa commode explicari posse videntur hoc modo: Sicut syngraphae seu literae cautionibus munitae possessorem contra sycophantam praestant tutum: ita fama egregiis olim facinoribus comparata, et bonorum testimonis comprobata confirmataque, hominem probum, ne improbus eam temerare audeat, neve, si ausus fuerit, eidem noceat, communit. Equidem clara vita, ut et ipsa obnoxia sit malorum spiculis, magis tamen idonea iisdem depellendis est: atqui obscura iisdem plus patet, nec tam feliciter ea amoliri valet. [Schier.] Equidem praetulerim Holstenii ἀφειστέρας ob oppositum λαμπροτέρας, ut sensus sit: Quae scripseris, simplicia sint: quae feceris, splendida. [O.]

54. Ἐν μὲν τοῖς συμποσίοις etc.] Similis Socratis sententia est apud Stobaeum Serm. IV. et Antonium C. 148. ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινούσιν· ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρὰ νοούσιν οἱ ἀνόητοι. unde et hic παρὰ νοῶν potius quam παρὰ νομῶν legendum; e contra istic εὐτυχίαις scribendum existimo: nam res secundae animos potissimum dementant, et transversos agunt. [Holsten.]

ἐν δὲ τοῖς ἀγαθοῖς] scil. ἀνθρώποις. Melius utique conveniret, si praeunte Holstenio pro ἀγαθοῖς legeretur τῇ εὐτυχίᾳ. Forsan etiam sub ἀγαθοῖς intelligi posset πράγμασι, quod nescio an usū receptum sit. [Stroth.]

55. Τὸ αὐτὸ ἐστὶν ὄφιν etc.] Confer ejusdem argumenti Fabulam Aesopiam No. 170. collect. Coray et Phaedri Lib. IV. Fab. XVIII. [O.]

56. Ἐν μὲν ἐν ἰσ etc.] Consilium, seu rationem omnino adhibere convenit etiam in fortuna secunda. Nam quemadmodum





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





ταθετόν τὸν βίον, καθάπερ ἐπιτρόπῳ σώφρασι, καὶ τὴν νεότητα etc. [O.]

καὶ τὰ ὑπολείμματα] Dedi correctionem Schowii e Cod. C. Antea legebatur καὶ τὰ ὑποδήματα, quod Cel. Jacobs cum sequenti fragmento jungit ita legens: Ὡς ὑποδήματα, βίος ἀρμόζων ἀλνπότερος. *Ut calceamenta, quae pedibus apta sunt, ita vitae ratio congrua, atque accommodata nobis, minus molestiarum affert.* Sed quid sunt ὑπολείμματα? Schowius vertit *residuas opes*, quod vero male convenit cum praecedenti τὴν νεότητα. Malim, equidem interpretari, *et quod superest, residuum est* (scil. vitae vel aetatis), *den ubrigen Rest des Lebens.* Sed magis placet Jacobsii correctio. Multo minus audiendus Wakefield. legendum conjiciens: Ὁ καιροῦ ὑπομνήμασι βίον ἀρμόζων ἀλνπότερος. Vide supra ad Demophili Similit. 20. notam Holstenii. [O.]

12. Vide notam praecedentem. [O.]

13. Ὡς περ εἰς κενὸν σκάφος etc.] Dedi, Schowii lectionem. Gesnerus pro ἔρματα edidit ἔργματα, quae vox est poetica, Pindaro inprimis et Euripidi (Orest. 161.) usurpata. (Hesych. ἔργματα — πράγματα. Conf. Ez. Spanhem, ad Callimach. Hymn. in Jov. vs. 92.) Vertit igitur: *Prudenter facta, tanquam in vase inane, alia, aliis superinjicere oportet*, accipiens τὰ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἔργματα pro τὰ ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἐργαζόμενα. Sed unice verum est τὰ ἔρματα (ut habent Schowii Codd. D. C. W.), quod significat *arenam crassiorem, sive aliam materiam, quae injicitur in σκάφος κενόν, vacuum navigii alveum (den leeren Schiffsraum),* quo stabilius fiat. *Ballast.* Vid. Kühn. ad Polluc. I, 94. pag. 65. ed. Hemsterh. Idem Pollux I, § 92. — εἰπὸς δ' ἔν κολλῆ ναῦς, κοῖλον σκάφος, ἔδαφος νεὺς, τὰ μέρωθεν τῆς νεὺς. [O.]

14. Ψυχῆς ἐστὶ λόγος] Distinxi hanc sententiolam a sequenti similitudine, cum qua male cohaeret in editionibus Stobaei. Sensus esse videtur: *Ratione qui bene utitur, auget ipsam.* In eandem fere sententiam divinus Soter Matth. XIII, 13. ὅστις γὰρ ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται. [O.]

18. Οὕτως ἵππον etc.] Aliter Antonius Meliss. Lib. I. Cap. 8. Οὕτως ἵππον, χωρὶς χαλινῶ, οὐδὲ πλοῦτον δίχα, φρονήσεως δυνατόν κρατῆσθαι. [O.]

19. Κυβερνήτου etc.] Vidē Not. ad Demophili similit. 29. [O.]

εἰς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς] Jacobs. V. Cl. in Notis ad Anthol. Graec. Tom. XII. pag. 116. legendum conjicit: τὰ ἰστία πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς etc. Equidem



praefero vulgatam ἀρμόσασθαι, se accommodare, praeparare adversus tempestatum mutationes. [O.]

τύχης] Ita Gesn. e conjectura et Schow. i e Codd. Antea ψυχῆς. Vide supra ad Simil. Demophil. 29. [O.]

22. Ἐν μὲν ταῖς μέθαις etc.] Vide Not. ad Demophil. Similit. 54. [O.]

ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις] Scribe cum Wyttenbachio ἐν δὲ ταῖς εὐτυχίαις. [O.]

23. Οὐθ' οἱ ἄμουσοι] Vide Not. ad Demophil. Similit. 29. [O.]

24. μετεκδύματα] Non bene expressit hanc vocem in versione sua Conr. Gesnerus. Μετεκδύματα τύφου, ut optime explicat nostrum locum citans doctissimus Schneiderus in Lexico, sunt: vestimenta, quae quotidie induit et exuit fastus, stets wechselnde Bekleidungen. Pro περιέκειται, quod bene restituit Gesnerus, alii habent παράκειται. [O.]

29. παρ' ἕκαστον] Gesnerus vertens ubique subintelligit τόπον. Equidem malim supplere πράγμα, ut sensus sit: ad quamcunque rem, quae ipsi occurrat, nach jedem vorkommenden Gegenstande. [O.]

32. Οὐτε τὰ τοῦ Ἀχιλλέως] τοῦ Ἀχιλλέως, quod Gesnerus reposuit, firmatur etiam Codicibus Schowii B. C. W. Antea τῶν Ἀχαιῶν ὅπλα. De Thersite vide Homer. II. B. 211 seqq. [O.]

33. οὐδεὶς δὲ ἀδικηθεὶς] Jacobs V. Cl. ob sequens ἀντιδάκνει et antithescos leges, pro ἀδικηθεὶς legendum conjicit δηχθεὶς, quanquam fateatur, vulgatam lectionem tueri se posse loco Theocriti Id. VIII; 63.

Φρίδεν τῶν ἐρίφων, φρίδεν, λύκε, τῶν τοκάδων μεν,  
Μηδ' ἀδίκει μ', ὅτι μικρὸς εἶν πολλοῖσιν ὀμαρτῶ.

et Xenoph. Ephes. p. 57, 13. οὐτε τοῦ ὕδατος ἀδικούντος. [O.]

34. αἰσχροὺν ἀμάρτημα] αἰσχροὺν non habet Antonius, qui eandem sententiam citat Plutarcho adscriptam p. 839. [O.]

36. καθάπερ παρὰ τῶ κακῶ] Articulum ex Codd. addidit Schow. [O.]

41. Οἱ τὸ ἀπὸ τῶν αἰσχροῶν etc.] Paulo aliter ap. Anton. et Maxim. Serm. περὶ πλεονεξίας p. 225. Οἱ ἀπὸ τῶν αἰσχροῶν κερδῶν εἰς τὰς καλὰς ἀναλίσκοντες λειτουργίας ὁμοίον τι ποιοῦσι τοῖς ἀπὸ ἱεροσυλίας θεοσεβοῦσιν. [O.]

χορηγοῦντες] Al. ἀναλίσκοντες, scholion. [Schow.]

ἀπὸ ἱεροσυλίας εὐσεβοῦσιν] i. e. sacrilegia impendentibus ad pias causas. [O.]

42. πάντα ποιοῦντες κατὰ τὴν λαβὴν] Perperam haec interpretatus est Conr. Gesnerus vertens: omnia facientes



*secundum ansam.* Sensus est: *omnia facientes, ut vulnerent, vel: ut inveniunt ansam nocendi, alles versuchend, um andern beizukommen oder Streiche zu versetzen.* λαβή propr. i. q. λήψις, *apprehensio*, dein gestus manus aliquid comprehendentis vel digitis comprimentis, pugnus. Sic Polemon in Laudatione funebri Callimachi circa finem (pag. 31, ed. Possin.): αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι δεξιαὶ τῶν στρατιωτῶν πρὸ τῶν ἰσθμῶν θυρῶν ἔμειναν, ὑπὸ σπάρτων ἐχόμεναι ἐν τῷ τῆς λαβῆς σχήματι. Quae significatio aptissime conveniret descriptioni avari, nisi obstarent v. καθάπερ' μαχαίρα. Quare unice vera h. l. tertia significatio, qua λαβή, vocabulum athleticum, denotat *locum, quo adversarius prehendi ac vulnerari queat.* Hinc formula λαβὴν ζητεῖν, *quaerere, qua parte prehendat adversarium.* Plutarchus in Fabio: ὡπερ δεινὸς ἀθλητῆς λαβὴν ζητῶν. Item λαβὴν παρέχειν, *latus dare, ad ictum patere,* Plato de Rep. III, 1. εἰς λαβὰς ἔρχεσθαι, idem in Phaedro Cap. 12. ubi vid. Ast. V. C]. pag. 251. [O.]

44. οἱ πολλοὶ] Gesnerus vertit *multi.* Sed οἱ πολλοὶ, addito articulo, sunt *homines e vulgo:* quod autem male respondet praecedenti οἱ κνηγοί. Annon legendum οἱ ποικίλοι, *homines astuti,* vel etiam οἱ πλάνοι, *impostores?* [O.]

47. αὐξάνοντα] Plutarch. ap. Anton. Meliss. αὐξάνοντα, et τρέφων pro ἐκτρέφων. [O.]

48. ὡπερ ὄρας] Gesnerus ut *temporis.* Sed in Antonii Meliss. C. 48., qui eandem sententiam habet, idem Gesnerus ut *cujusque partis anni,* quod praefero. [O.]

49. ἀπρακτον] Gesnerus vertit *infructuosam.* Malim *otiosam, mussig, nicht ausgeubl.* [O.]

50. ἐκ τῆς παιδείας] ἐκ τῆς ὀμιλίας legitur ap. Antonium et Maxim. Serm. περὶ παρρησίας, ubi eadem sententia citatur Plutarcho attributa. [O.]

ἀρτέον] Solus B. εἰρητέον. [Schow.]

52. Ὡπερ τὸ μέλι etc.] Celsus de Medic. Lib. V. Cap. XXII. init. *Putrem vero carnem continet, nec ultra serpere patitur, et leniter exest, mel vel cum lenticula, vel cum marrubio, vel cum oleae folijs etc.* [O.]

53. νεκροῦ δειπνῶ]..Intellige. *περίδειπνον, silicernium,* coenam feralem, quae in sepulchra mortuorum inferebatur, quales apud veteres sumptuosissimas, nonnunquam fuisse videre est ex loco Tertulliani. de resurrectione carnis Cap. I. *At ego magis ridebo vulgus tunc quoque, qui ipsos defunctos atrocissime, exurit, quos postmodum gulosisissime nutrit, iisdem ignibus et promerens et offendens.* Vide inprimis Herald. ad Arnobium Lib. VII: Cap.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



δουλεύειν ἐθέλετε. et Josephus Antiquitt. Lib. I. Cap. XVIII. §. 3. φιλίαν ἄνωθεν ποιεῖται πρὸς αὐτόν. quem locum apposite citat Schleusner. in Lex. N. Test. h. v. [O.]

73. τὰχιστα] pro τὰχιον. Superlativus pro comparativo positus, ita tamen, ut majorem comparationis gradum indicet. Vide Wesseling. ad Herodot. VII, 16. pag. 283. Tom. VI. ed. Schwéigh. et Fischer. ad Weller. Gramm. Graec. Tom. III. a. p. 328. Verendum itaque: *Nichts altert so ausserordentlich schnell als etc.* [O.]

75. καταπίνει] *deglutit, devorat*, de rebus solidis et aridis, ut saepius. vid. Bergler. ad Alciphron. I. Epist. 22. Sic et in N. Test. Matth. XXIII, 24. καταπίνειν κάμηλον. et eodem sensu *absorbere* apud Latinos, v. c. Horat. II. Serm. VIII, 24.

*Ridiculus totas simul absorbere placentas.* [O.]

κατὰ μέρος] *paullatim, una post aliam.* Ita Xenophon de Vectigg. Cap. IV. §. 36. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῆδέ γε συμφορώτερον τὸ κατὰ μέρος, ἢ τὸ ἅμα πάντα πράττεσθαι. [O.]

76. ὡς ἰοβόλων δῆγματα] Conf. Xenoph. Memorabil. I, 3. §. 11. [O.]

### *In Pythagoreorum Similitudines ex Jamblichō.*

81. Ψυχῆ] Sic legendum esse pro ψυχῇ, quod exstat in edit. Arcerii et Cod. Ciz., viderunt jam Arcerius et Vulcanius, idemque confirmat Stobaeus, qui Serm. I. περὶ ἀρετῆς pag. 14. Schow. hunc locum citat. [Kiessling.]

82. τὴν ἀρετὴν etc.] Melius Stobaeus *εἰς τὴν ἀρετὴν.* [O.]

ψυχῆς] Ne quis e Stobaeo τύχης, quod cum ψυχῆ saepe commutatur, ut docuit Schaeferus in Melet. Crit. pag. 117. et seqq. reponendum esse censeat, impediunt verba ἀγεννῆ et ἔκδοτοι. Nam neque illiberale fortunae ludibrium recte dicitur, neque huic ludibrio dediti, sed expositi dici possumus. [Kiessl.]

83. ἑταίρα] In Cod. Ciz. vitiose scriptum erat ἐτέρω, quod jam Reinesius in ἑταίρα ex Arcerio mutavit. [Idem.]

85. Κρεῖττον etc.] Non intellexit Arcerius hunc locum vertens: *praestabilius est virtutem suscipere cum paupertate, quam divitias cum violentia.* (Nam hoc sensu dicendum fuisset κρεῖττον — ὑπολαμβάνειν.) Immo ad κρεῖττον intelligendum est τί. Tum pro βίας, quod Arc. dedit, e Codd. Ciz. et Par. recepi πανίας, quod oppositum ἀρετῆς flagitat. [Idem.]

86. Βλαβερά etc.] Sic recte hic locus legitur in Cod. Ciz. In Par. est τῷ σώματι τὸ σῶμα et deinceps τὰ τὴν ψυχὴν μὴ δια-



κειμένω. Unde conjicias, in eodem Codice, ut in Arcerii editione, exs. are καλῶς pro κακῶς. In hac enim omnis locus sic habet: *Βλαβερά μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ σώματι, κτήσεως δὲ ταύτην ψυχῆν διακειμένω καλῶς.* Sed veram totius loci rationem perspicui jam vnicanius dicens: *Legendum puto: βλαβερά μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία σώματι, κτήσεως δὲ (nimium ἀφθονία) τῷ τῆν ψυχῆν διακειμένω κακῶς. Noxia imprimis ac periculosa est corpori quidem redundantia ciborum, animo vero non recte constituto divitiarum.* Ceterum e Cod. Paris. loci lectio etiam sic constitui potest: *βλαβερά μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ τὸ σῶμα, κτήσεως δὲ τῷ τῆν ψυχῆν διακειμένω κακῶς.* [*Idem.*]

86b. *Καί, ἐπισηφαλές etc.*] Locus sanus est, ut qui maxime, neque opus Arcerii conjecturá, καὶ ὁμοίως ἐπισηφαλές μαινομένω, quemadmodum hic locus legitur in Stobaeo λογ. μα ed. Venet. (Gesner. Cap. CIII. πὲρὶ βασιλέως πονηροῦ Antistheni adscriptus. O.) Prius καὶ transitum facit ad novam sententiam, ut paullo inferius: καί, τὸν θεὸν σεβόμεθα. Tum ὁμοιον — καὶ ex notissimo Graecorum moré dictum est. Conf. Duker. ad Thucyd. VIII, 7. pag. 288. [*Idem*]

87. *καθ' ἅπερ τῷ ἐμπύω etc.*] Apud Stobaeum λογ. μδ. hic locus ita habet: *καθ' ἅπερ τῷ ὑποπίω βλιτιον τὸ κάσθαι τοῦ διαμένειν, οὕτω καὶ τῷ μοχθηρῷ κ. τ. λ.* De utroque verbo vid. Steph. Thesaur. Ling. Gr. Tom. III. p. 609. [*Idem.*] Conf. qui de h. v. multus est. Foes. in Oeconom. Hippocrat. h. v. ἐμπυος, vomica laborans. [O.]

88. *Τῶν κατὰ σοφίαν etc.*] Ita Cod. Ciz. pro φιλοσοφίαν, quod in Arcerii editione exstat. Illud hoc loco praetuli, ut huic praeviae ad philosophiam cohortationi convenientius, quum τὰ κατὰ φιλοσοφίαν θεωρήματα potius propria Pythagoricae philosophiae decreta significant. [*Kiessl*]

οἶόν τε] Ita bene Codd. Ciz. et Par. ut Hemsterh. ad Lucian. Tom. I. p. 212. n. 82. Arc. οἶον. [*Idem.*]

τὸ θεῖον τὸ μεγαλόψυχον] Posteriorius vocabulum declarat, quale divinum illud sit, quod sapientiae praecepta efficiant. Etiam in Vita Pyth. p. 58. ed. Kuster. τὸ θεῖον appellatur coelestis animi particula. [*Idem.*]

αἰδίον γε] Ita scripsi pro αἰδίον τε, quod aequè ac Arcerius Cod. Ciz. habet. Γε necessarium est ob praegressum εἰ μὴ, atque γε et τε saepissime inter se sunt commutata. Conf. Greg Corinth. p. 710. Demosth. de Coron. p. 317. ed. Reisk. εἰ μὴ ὅλον, μέρος γ' ἐπιβάλλει τῆς βλασφημίας. Jambl. Vit. Pyth. p. 186. εἰ δὲ μὴ, ἔκ γε τῆς πατρικῆς. Pro γε etiam ἀλλ' οὖν usurpa-



tur, ut Jambl. Vit. Pyth. §. 21. p. 16. εἰ καὶ μὴ ἐκόντας, ἀλλ' οὐκ ἐπινοία καὶ μεθόδῳ παρατηρήσας etc. Nam sic hic locus, quem male administravit Kuster., interpungendus est. [*Idem.*]

89. εὐκτόν] Sic recte Ciz. et Par. pro ἐκτόν, quod in Arcerii editione legitur. Illud reponendum jam Vulcanius vidit, qui locum recte sic interpretatur: *si vigor sensuum dignus, quem votis omnibus rogemus optemusque, magis in comparanda virtute laborandum.* [*Idem.*]

παραισθανόμεθα] Verbum παραισθάνεσθαι legitur etiam in Platon. Theaet. §. 39. pag. 336. ed. Heindorf. ὅσα τε παρακούειν ἢ παρορᾶν ἢ ἄλλο τι παραισθάνεσθαι λέγεται. [*Idem.*]

90. κατὰ τρόπον] recta ratione, eo quo decet modo, quod etiam πρὸς τρόπον dicitur. [*Idem.*] Opp. παρὰ τρόπον et ἀπὸ τρόπου. [O.]

92. Ὡς πρὸ τῶν μεγάλων μυστηρίων etc.] Huc proverbium vetus pertinet, cum ab aliis relatum, tum a Simplicio ad Epictet. Enchirid. p. 17. ἀδύνατον πρὸ τῶν μικρῶν φασὶ τῶν μεγάλων μεταλαχεῖν. Sic Lactantius Lib. III. Cap. 25.: Multis artibus opus est, ut ad philosophiam possit accedi. [*Rittershus.*]

93. ἐπιτυχόντι] Animus non cum quovis agro, sed cum optimo comparatur. Quo major igitur in eo colendo cura adhibetur, eo præstantiores et natura dignos fructus profert. [*Kiesl.*] Immo ad v. ψυχῆς repetenda præcedentia verba: ἐπιμέλητέον τῷ τῆς ἀρίστης ἐπιτυχόντι. [O.]

ἐνέγκηται] Sic Cod. Ciz. et Arcer. Mihi scribendum videtur ἐνέγκη καὶ. [*Kiesst.*]

### In Aristonis Similitudines.

94. Ἀρίστων ὁ Χῖος τοὺς περὶ τὰ ἐγκύκλια μαθήματα πονορμένους etc.] Eandem sententiam Aristippo attribuit Laertius in Aristippo II, 79. Bioni autem Plutarchus περὶ παιδ. ἀγωγῆς. Ceterum τὰ ἐγκύκλια μαθήματα (ut bene Aldrobandus ad h. l.) sunt ingenuæ quaedam et bonæ artes, ut Grammatica, Geometria, Musica etc. quibus instituebantur pueri, antequam tradebantur rhetori vel philosopho. [O.]

περὶ τὰς θεραπαίνας ἐμίγνοντο] Ita Schowius e correctione G. Gesneri. Antea παρὰ τὰς θεραπαίνας. Male. Sensus est; qui rem habebant cum ancillis. ἐμίγνοντο θεραπαίνας, ut habet Plutarchus l. l. [O.]

96. Οἱ ἄρτι, ἐκ φιλοσοφίας, πάντας ἐλέγχοντες] Pessime hæc interpretatus est Gesnerus: *Qui nunc ex philoso-*





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





φώμην τοῦ σώματος· ἔστι δὲ καὶ τρίτον εἶδος, καὶ τὸ γε ἐλευθεριώ-  
 τατον, συναλιζόμενον τόπων θέας ἔνεκα καὶ δημιουργημάτων καλοῦν  
 καὶ ἀρετῆς ἔργων καὶ λόγων, ὧν αἱ ἐπιδείξεις εἰώθησαν ἐν ταῖς παι-  
 νηγύρεσι γίνεσθαι· οὕτω δὴ καὶ τῷ βίῳ παντοδαπούς ἀνθρώπους  
 ταῖς σπουδαῖς εἰς ταῦτὸ συναθροίζεσθαι. τοὺς μὲν γὰρ χρημάτων  
 καὶ τρυφῆς αἰρεῖ πόθος, τοὺς δὲ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἴμερος, φιλο-  
 νεικίαι τε δοξομανεῖς κατέχουσιν. εἰλικρινέστατον δὲ εἶναι τοῦτον  
 ἀνθρώπου τρόπον, τὸν ἀποδεξάμενον τὴν τῶν καλλίστων θεωρίαν,  
 ὃν καὶ προσονομάζειν φιλόσοφον. Conf. Cic. Quaest. Tusc. V, 3.  
 [Rittershus.] Conf. Davis. ad Ciceron. Tusc. V, 3. et Hemsterh.  
 ad Lúcián. Dial. Mort. XXVI. pag. 530. ed. Bipont. [O.]

107. Βότρυας τρεῖς etc.] Ad Epictetum auctorem refer-  
 tur haec sententia apud Maximum λογ. λ' περὶ μέθης. Antonius  
 Lib. I. λογ. μά περὶ μέθης habet sub Pythagoræ nomine, ubi  
 prima verba sic leguntur: Ἴ ἄμπελος τρεῖς βότρυας φέρει. Simi-  
 lem incerti cujusdam philosophi sententiam profert Apulejüs Flo-  
 rid. Lib. III. pag. 363. ed. Elmenhorst. Sapientis viri super men-  
 sam celebre dictum est: Prima, inquit, cratera ad sitim pertinet,  
 secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insa-  
 niam. [O.]

110. Λόγος ἐκείνου τοῦ φιλοσόφου] Habet eandem  
 sententiam Porphyrius ad Marcellam Cap. XXXI. Κενὸς ἐκείνου  
 φιλοσόφου λόγος, ὑφ' οὗ μὴδὲν πάθος ἀνθρώπου θεραπεύεται.  
 Ὡσπερ γὰρ ἰατρικῆς οὐδὲν ὄφελος μὴ τὰς νόσους τῶν σωμάτων θε-  
 rapeύειν· (sic: at legendum cum Angelo Majo εἰ μὴ θεραπεύει.)  
 οὕτως οὐδὲ φιλοσοφίας, εἰ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς ἐκβάλλει πάθος. [O.]

114. χρυσῆν ἔχοντα κλίνην] Porphyrius in Adhorta-  
 tione ad Marcellam uxorem addit καὶ πολυτελῆ τράπεζαν ἐξ ἐργα-  
 σίας θρηνώδους. [O.]

115. Πυθαγόρας παρηγγύα etc.] Ejusdem plane argu-  
 menti sunt duo alia Apophthegmata Pythagoræ a Laertio citata in  
 ejus vita: Ἀφροδίσια χειμῶνος ποιέεσθαι, μὴ θέρεος· φθινοπώρου  
 δὲ καὶ ἦρος κουφότερα. βαρέα δὲ πᾶσαν ὥραν καὶ εἰς ὑγίειαν οὐκ  
 ἀγαθά. et: Ἐρωτηθεῖς ποτε ὁ Πυθαγόρας, πότε δεῖ πλησιάζειν ὅτε  
 βούλει γενέσθαι σπαντοῦ ἀσθενέστερος, εἶπεν. [Rittershus.] Conf.  
 Democriti Fragment. 28. [O.]

### In Demophili Sententias.

1. Ἀκτησάμενος etc.] Sexti philosophi est sententia 79  
 et 80, (vide infra) quam Rufinus vertendo ita interpolavit, ut  
 vix vestigia verae lectionis agnoscas. [Holsten.] Habet etiam iis-  
 dem plane verbis Porphyrius ad Marcellam Cap. 12. [O.]



δῶρον γὰρ θεοῦ πᾶν ἀναφαίρετον] Sextus Sentent. 84. *Quod deus tibi dat, nullus auferre potest.* Cynicorum quoque δόγμα, ἀναπόβλητον εἶναι τὴν ἀρετὴν. Laert. VI, 105. et Suid. in Κυνισμός. Stoicorum quoque, e quibus Seneca Epist. 50. *Semel traditi boni perpetua possessio est, non dediscitur virtus.* Idem Epist. 71. *Maximum illud bonum est fixum.* Sic Cleanthes ap. Laertium VII, 127. Epicuri quoque scitum, non desciscere a sapientia τὸν ἀπαξ γινόμενον σοφόν. Laert. X, 117. 128. [Fabric. ad Sext. Empiric. Pyrrhon. Hypot. III, 24. pag. 187.]

2. Ἄγρυπνος ἔσο etc.] Democrito adscribit sententiam Antonius Meliss. Serm. περὶ ὕπνου. [O.]

3. ἐπ' ἀβουλήτοις γὰρ ἡ ὀργή] Vert. *in rebus ante non consideratis vel contra voluntatem accidentibus ira locum habet.* [Stroth.] Levesque: *les hommes se fachent, parce qu'on résiste à leur volonté.* [O.]

4. Βουλευόμενος etc.] Apud Sextum ita habetur Sent. 312 et 313. *Qui cogitat adversus alium mala, ipsa praeveniens ipse praefert mala.* Unde hic quoque legendum constat φθάνεις σεαυτὸν πάσχων: quod in versione expressi. [Holsten.] Sententia vero haec, prout nunc edita est, ita explicanda videtur: *Quando meditaris alius malum afferre, tibi met ipsi damnum affers. Quippe cum malus ipse existas, nihil boni a te expectare potueris. Nam quāle est ingenium cujusque atque animus, tales sunt actiones, boni bonae, mali malae.* [Schier.] Ferri quidem potest vulgata lectio hoc sensu: *tibi ipsi invides, male vis, du missgonnist dir dein eigen Glück, bist dein eigner Feind, meinst es mit dir selbst übel.* Sed praefero φθάνεις σεαυτὸν, prior tibi ipsi injuriam affers, scil. conscientiam tuam malo facinore contaminans. [O.]

Ψυχὴ γὰρ ἐστὶ ταμιεῖον etc.] Planissime cum hoc Demophili dicto consonat illud divini Soteris Matth. XII, 35. *Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας ἐκβάλλει τὰ ἀγαθὰ, καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ πονηροῦ θησαυροῦ ἐκβάλλει πονηρά.* Insuper notandum est, de sermone quoque verbum ἐκβάλλειν surpassasse Pindarum, Pyth. II, 148.

Ἄδύνατον ἔπος ἐβαλεῖν  
Κραταῖον ἐν ἀγαθοῖς  
Δόλιον ἄστν. [Schier.]

[C5. Βουλευόμενος πολλά etc.] Ita Pythagoras, unde Demophilus sua mutuatus est, v. 27 seq.

Βουλευέου δὲ πρὸ ἔργου, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.  
Δειλοῦ τοι πρήσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς ἀνδρός.  
et v. 39. — — — — — λόγισαι δὲ πρὸς ἔργου.



vel, ut Stobaeus Serm. 3. hanc Pythagorae sententiam habet:

Πρῆσσε δὲ ταῖς, ἃ σε μὴ βλάπτει, λόγισαι δὲ πρὸ ἔργου.

Nemo Pythagoreorum e lecto surgebat, antequam, quae eo die oporteret; esset, meditatus et disposuisset, ne quid praepostere ageret, teste Jamblichō Lib. I. C. 29. et Porphyrio in Vit. Pyth. p. m. 198. [Schier.] Apud Maximum Cap. II. περὶ φρονίσεως sententia haec Epicteto auctori adscripta ita legitur: *Βουλεύου πολλά πρὸ τοῦ λέγειν τι ἢ πράττειν· οὐ γὰρ ἔξεις ἄδειαν ἀνακαλέσασθαι τὰ λεχθέντα ἢ πραχθέντα.* [O.]

6. *Γλῶσσα σοφοῦ* etc.] Ita Sextus Sent. 401 et 402. (vide infra. O.) sed Graeca Ruffinus vertendo interpolavit. In Melissa Serm. 93. (περὶ σιωπῆς καὶ ἀπορήτων) posterior paulo auctior legitur, ita scilicet σοφὸς ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ, εἰδῶς καὶ διὰ τὴν σιγᾷ. Sic et in MS. Anthologiae Bibliothecae Barberinae, ubi Sexto disertim tribuitur. [Holsten. et O.]

7. *Γλῶσσα λόγος ἀνθρώπου*] Haec sententia partim apud Sextum, partim apud Hieroclem p. m. 25. aurei commentarii habetur. [Holsten.] Porphyrius ad Marcellam sententiam hanc cum praecedenti conjungit ita: *Οὐχ ἡ γλῶττα τοῦ σοφοῦ τιμιόν παρά θεῷ, ἀλλὰ τὰ ἔργα. Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ, ἀνθρώπος δὲ ἀμάθης καὶ εὐχόμενος καὶ θύων τὸ θεῖον μαιίνει* etc. [O.] τὸ θεῖον] Sic praesertim Socratici et Platonici dicere solent πρὸ τὸν θεόν. Vide v. c. Platon. in Euthyphr. Cap. 4. et alibi saepe. [Stroth.]

*μόνος οὖν ἱερεὺς ὁ σοφὸς* etc.] Plenius id explicat Hierocles in Commentario pag. 24. ed. Nèedham. *μόνος ἱερεὺς ὁ σοφὸς λέγεται, μόνος θεοφιλῆς, μόνος εἰδῶς εὐξασθαι. μόνος γὰρ οἶδε τιμᾷν ὁ τὴν ἀξίαν μὴ συγγέων τῶν τιμωμένων, καὶ ὁ προηγούμενος ἱερεῖον ἑαυτὸν προσάγων, καὶ ἄγαλμα θεῖον τεκταίνων τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ναὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θεοῦ φωτὸς τὸν ἑαυτοῦ παρασκευάζων νοῦν.* Pro εὐξασθαι Porphyrius ad Marcellam l. 1. habet εὐξασθαι. [O.]

8. *Γυμνὸς ἀποσταλεῖς* etc.] Idem Pythagoras clare docuerat: *Εἰς ἱερὸν ἀπιὼν προσκυνῆσαι, μηδὲν ἄλλο μεταξὺ βιωτικὸν μήτε λέγει μήτε πράττει.* Symb. I. Item in symbolo alio: *ἀνυπόδητος θίε καὶ προσκύνει.* [Schier.] Eandem sententiam, omisso tantum v. σοφός, servavit Porphyrius ad Marcellam C. 32. [O.]

9. *Δῶρον ἄλλο* etc.] Similem plane sententiam habet Plutarchus in Libro de Iside et Osiride: *Οὐδὲν ἀνθρώπων λαβεῖν μεῖζον ἢ τὸ θεῷ χαρίσασθαι σεμνότερον ἀληθείας.* [Stroth.]

10. *Δῶρα καὶ θυσίαι*] Haec quoque sententia dicto





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



apud Stobaeum Serm. 106. Conf. Luc. Holsten. de vita et scriptis Porphyrii C. VIII. ac proinde in tanto habitum pretio, ut e coelo profectum diceretur. Conf. Macrobius in Somn. Scip. I, 9. Casaubonus in Pers. Sat. III. p. 276. et Schefferus. E contrario ignorantiam sui putaverunt summam esse stoliditatem, quin a furore et insaniam nihil recedere. [Schier.]

15. Ζητεῖν δεῖ etc.] Haec sententia paullo auctior ita reperitur apud Stobaeum Serm. 1. (Pythagorae adscripta, O.) Ζητεῖν δεῖ καὶ ἄνδρα καὶ τέκνα καὶ φίλους τοὺς κατὰ τὴν (al. καὶ μετὰ τὴν) ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου παραμένοντας. [Holsten.] Intelligit scilicet auctor actiones egregias, quae manent post fata defuncti. Scite Epaminondas, cum ipsi orbitas liberorum objiceretur: *Neque stirps, inquit, mihi potest deesse; nam, ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit, necesse est.* Conf. Cornelius Nepos in ejus vita Cap. X. In quam mentem et Ovidius de suis carminibus Trist. Lib. III. Eleg. XIV. v. 13 seq.

*Palladis exemplo de me sine matre creata*

*Carmina sunt: stirps haec progeniesque mea est.* [Schier.]

At v. τέκνα de egregie factis accipere vetant verba καὶ ἄνδρα καὶ φίλους. Et quid prohibet proprio sensu interpretari haec verba? ut sententia sit: *Talis maritus et tales amici comparandi, talesque liberi educandi, quorum, tanquam justorum bonorumque hominum, fama post fata superstes sit.* [O.]

16. πρὸς εὐζωΐαν] Aristotelés Ethic. Nicom. Lib. I. Cap. 8. Συνάδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ εὐζῆν καὶ τὸ εὐπραγῆν τὸν εὐδαίμονα, σχεδὸν γὰρ καὶ εὐζωΐα τις εἴρηται καὶ εὐπραγία. Conf. Gataker: ad Antonin. Lib. III. §. 12. Opp. Tom. II. pag. 87. [O.]

17. Ἡ τῶν ὄντως ὄντων κτήσις etc.] Per vera bona intelligi hic animi virtutes in proclivi est. His gemina tradit Maximus Tyr. Diss. XXXIV. (IV Reisk.) οὐδὲν καλὸν ὑπὸ βασάνης γίνεσθαι. et Dissert. V. (XXI. Reisk.) adducit Hesiodi versus *Erg.* 287.

*Τὴν μὲν γὰρ κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἐστὶν ἐλεῶσθαι,*

*Τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρωῖτα θεοὶ προπαροῖθεν ἔθηκαν.* [Schier.]

19. Ἡγοῦ μάλιστα φίλους] *Μάλιστα pro μᾶλλον.* Vide supra ad Simil. Socr. No. 73. [O.]

20. ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸν βίον] Ferenda quidem verba τὸν βίον tanquam appositio explicationis causa v. ὅλα addita: *omnia, quae faciunt stulti, totam illorum vitam, alles was die Unverständigen treiben, ihr ganzes Wesen.* Malim tamen legere vel τοῦ βίου, vel, quod magis placet, τὰ



ὅλα (scil. κατὰ), ἰ. γ. ὅλως. Nisi forte scripsit Demophilus ὅλα τὰ τῶν ἀμαθῶν ὄνειδος εἶναι τὸ ἴδιον, omnia (quaecunque dicant faciant-ve imperiti) proprium ipsorum esse opprobrium. Joannes Weberus, qui sententias Demophili cum versione sua Germanica metrica edidit ad calcem Catonis Triglotti Francofurti 1605, plane neglexisse videtur posteriora verba, sententiam sic vertens:

*Wenn dich ein Böser lobt, sollt du gar nit betrachten,*

*Das Loben eines Narrn sollt du fur Thorheit achten. [O.]*

21. Θέλῃς μᾶλλον etc.] Haec sententia integra legitur apud Stobaeum Serm. 44. [Schier.]

22. Θυηπολία ἀφρόνων etc.] Haec sententia, auctius meliusque legitur apud Hierocl. Commentar. in aur. Carm. pag. 24. Needh. — Δῶρα καὶ θυηπολῖαι ἀφρόνων πρὸς τροφή· καὶ ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία. Porphyrius ad Marcellam Cap. 19. ita habet: Θυηπολία τῶν ἀφρόνων πρὸς τροφή, καὶ τὰ παρὰ τούτων ἀναθήματα ἱεροσύλοις χορηγία. quae postrema verba bene vertit Levesque: *des appas pour les voleurs sacrileges. [O.]*

24. Κακὰ μείζω πάσχει etc.] Eandem hanc sententiam in Stobaeo (et Maximo Cap. 5.) leviter immutatam ita legitur: κακὰ μείζω πάσχει διὰ τοῦ συνειδότος ὁ ἀδικῶν βασανιζόμενος, ἢ ὁ τῷ σώματι καὶ ταῖς πληγαῖς μαστιγούμενος. [Schier.]

27. Δυποῦντα τὸν πλησίον etc.]

*Si quis est, qui dictum in se inclementius*

*Existimarit esse, sic existimet,*

*Responsum, 'non dictum esse, quia laesit prior.*

Ita molestias exhibuit Terentius molesto sibi Lavinio in Prologo Eunuchi v. 4., de quo etiam in Phormionis prologo v. 20.

*Benedictis si certasset, audisset bene:*

*Quod ab illo allatum est, sibi id relatum putet. [Id.]*

28. Μεγάλην παιδείαν etc.] Hanc Pythagorae sententiam ita nobis Stobaeus Serm. XIX. servavit: Μεγάλην παιδείαν νόμιζε, δι' ἧς δυνήσῃ φέρειν ἀπαιδευσίαν. [Idem.]

29. Νόμου θείου etc.] Stobaeus hanc Pythagorae sententiam habet Serm. II. [Idem.]

30. ἀλλ' οὐδὲ συγγενοῦς τι διαφέρει] Apud Stobaeum Serm. IX. rectius ἀλλὰ καὶ συγγενοῦς διαφέρει. [Holsten.] συγγενοῦς διαφέρει vert. praestat, antecellit cognato, significatione notissima. [O.]

31. Ὅσα' πάθη etc.] Eandem sententiam habet etiam Porphyrius ad Marcellam Cap. XXXIV. fin. vide infra. [O.]

τοσοῦτοι οἱ ὧμοι] Rectius Porphyrius l. l. τοσοῦτοι καὶ ὧμοι etc. [O.]



32. Οὐδεὶς ἐλεύθερος ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν] Sententiam Pythagorae adscriptam habet etiam Stobaeus Serm. VI. Inserta copula emerget Senarius.

Οὐδεὶς ἐλεύθερός ἐστιν ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν. [Zehner.]

Qui affectibus succumbit et inservit, non censendus est amplius liber, quod Demophilus per ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν videtur intellexisse. Ἐλεύθερον ἀδύνατον εἶναι, πάθει δουλεύοντα, inquit Pythagoras apud Stobaeum Serm. XVII. et Maxim. Cap. III. [Schier et O.] Sic noster Poeta: *Kein Mensch ist edel und frei, der den Begierden gehorcht.* [Stroth.]

33. Παντὸς καλοῦ κτήματος etc.] Eandem sententiam Pythagorae adscriptam habet Stobaeus Serm. XVII. [Schier.]

34. Πείπεισο μὴ εἶναι etc.] Etiam hanc Pythagorae sententiam refert Stobaeus Serm. I. [Idem.]

35. Ποίει ἂ κρῖνεις etc.] Et haec sententia Pythagorae est, quae apud Stobaeum Serm. 44. ita habet: Ποίει ἂ κρῖνεις εἶναι καλὰ, κἄν ποιῶν μέλλης ἀδοξεῖν. φαῦλος γὰρ κρῖτις παντὸς καλοῦ πράγματος ὄχλος· διόπερ ὧν ἂν τῶν ἐπαίνων καταφρονῆς, καὶ τῶν ψόγων καιαφρόνει. [O.]

36. Πειραν ἀνθρώπου etc.] Sextus Pythagoreus ita hanc sententiam efferit: *Viri periculum in operibus primo, sicut in verbis, facito.* Et Plato Epist. X. τὸ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, τοῦτο ἐγὼ φημὶ εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν. [Schier.]

38. Καὶ τὰ ἄλλα φυτὰ τῆς γῆς ῥίζης ἀποκοπέν-  
τα] Dubito, annon deleto ἄλλα legendum sit καὶ τὰ φυτὰ etc. Nam minus bene ὕδατος προχοαὶ dicuntur φυτὰ τῆς γῆς. V. ῥίζης referendum ad utrumque, tum *radices plantarum*, tum audaciori nonnihil metaphora etiam ad *fontes rivulorum*. [O.]

39. Ῥώμη ψυχῆς σωφροσύνη etc.] Et hoc ex magistro suo hausit Demophilus noster. Nihil enim Pythagoras suis prius quam temperantiam commendavit. Vide Stobaeum Serm. V. et XVII. [Schier.] Postrema verba τεθνᾶναι δὲ etc. apud Porphyrium in Epistola ad Marcellam Cap. ult. ita leguntur: Πολλῷ γὰρ κρεῖττον τεθνᾶναι, ἢ δι' ἀκρασίαν τὴν ψυχὴν ἀμαυρῶσαι. [O.]

40. Ῥαδίως etc.] Hinc emendandus Antonius Meliss. C. 148. περὶ εὐτυχίας καὶ δυστυχίας, ubi postrema verba corruptissime leguntur ita: ἐπισφαλῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα· τὸ δὲ ἐφ' ἑαυτοῦ ὀχεῖσθαι τοῦ θεοῦ μόνον βέβαιον. [Holsten. et O.]

σαλεύοντα ἐπὶ φίλοις] Modus loquendi Atticis usitatus. Νὰρ σαλεύει, quatit; saepe sumitur pro σαλεύεται, quatitur, docente Suida. [Schier.] Proprie de navibus fluctibus agitatis.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





ἀδροῖς (Cod. Alexandr. ἀνδρῶν) τοῦ θάνασθῆναι τὰ πρόσωπα αὐτῶν. [O.]

4. Βέλτιστοι γινόμεθα πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες] Ad hanc Pythagorae sententiam respexisse videtur Cicero, cum ista scripsit Libro I. de Legg. Cap. XI. *Siquidem et illud bene dictum est a Pythagora, doctissimo viro, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, quum rebus divinis operam daremus.* (ubi vide Goerenz p. 141 seq. O.) et Seneca (Epist. 94.): *Pythagoras ait, alium animum fieri intrantibus templum, deorumque simulacra ex vicino cernentibus, et alicujus oraculi operientibus vocem.* Egregius porro in eandem exstat Suidae locus (ex aliquo scriptore deperdito excerptus) in "Ἀνθρωπος αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων γίνεται, ubi haec leguntur: "Ἐλεγον (οἱ ἀπὸ Πυθαγόρου), τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν ἑαυτοῦ βελτίω κατὰ τρεῖς τρόπους γίνεσθαι· πρῶτον μὲν τῇ ὁμιλίᾳ τῇ πρὸς τοὺς θεοὺς, ἀνάγκη γὰρ προσιόντα αὐτοῖς κατ' ἐκείνου καιροῦ χωρίζεσθαι αὐτὸν πάσης κακίας, εἰς δύναμιν ὁμοιοῦντα ἑαυτὸν τῷ θεῷ· δεύτερον ἐν τῷ εὖ ποιεῖν, θεοῦ γὰρ τοῦτο καὶ θείας μιμήσεως· τρίτον ἐν τῷ ἀποθνήσκειν· εἰ γὰρ κατὰ ποσὸν πλὴν ἢ ψυχὴ τοῦ σώματος, ἐν τῷ ζῆν τὸ ζῶον, χωριζομένη βελτίων γίνεται ἑαυτῆς, ἐν τε τοῖς ὑπιοῖς κατὰ τοὺς ὄνειρους, καὶ ἐν ταῖς ἐκστάσει τῶν νόσων μαντικῇ γίνεται, πολλῷ μᾶλλον βελτιοῦται, ὅταν τέλεον χωρισθῆ ἀπὸ σώματος. [Rittersh.]

πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζοντες] Sic etiam Latini *divos adire*, i. e. *templa deorum ad precandum vel sacrificandum.* [O.]

5. Γλώσσης etc.] Similiter D. Jacobus Epist. Cap. 1. vs. 26. *Εἴ τις δοκῆ θρησκός εἶναι, μὴ χαλιναγωγῶν γλώσσαν αὐτοῦ, ἀλλ' ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἢ θρησκεία.* Conf. Cap. 111. v. 2. et seqq. [O.]

7. Ἐλοῦ βίον ἄριστον. etc.] Addit Plutarchus aliud ejusdem Pythagorae praeceptum: *Ἐλοῦ πόλιν τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην· πατρίδα δὲ αὐτῆν ὁ χρόνος ποιήσει.* Idem tamen in Commentario de Tranquillitate animi quodammodo reprehendens hoc Pythagorae dictum haec addit: *οὐ γὰρ ἡ συνήθεια ποιεῖ τοῖς ἐλομένοις τὸν ἄριστον βίον ἡδὺν, ὡς τις εἶπεν, ἀλλὰ τὸ φρονεῖν ἅμα τὸν αὐτὸν βίον ποιεῖ καὶ ἄριστον καὶ ἡδίστον.* Ejusdem praecepti meminit praeter Stobaeum Serm. I. etiam Basilius in Oratione ad adolescentes, quomodo ex Graecis literis utilitatem capere queant. [Rittersh.] Integra Pythagorae sententia, cujus hic et in Sententia 16. partes tantummodo dedit Zehnerus, ap. Stobaeum l. l. sic legitur: *Πυθαγόρας ἔφη, ὅτι χρὴ βίον αἰρεῖσθαι τὸν ἄριστον, ἡδὺν γὰρ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει. Πλοῦτος ἀσθενής*



ἄγκυρα, δόξα ἔτι ἀσθενεστέρα, τὸ σῶμα ὁμοίως, αἱ ἀρχαί, αἱ τιμαὶ, πάντα ταῦτα ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Τίνες οὖν ἄγκυραι δυναταί; φρόνησις, μεγαλοψυχία, ἀνδρεία. ταύτας οὐδεὶς χειμῶν σαλεύει. οὗτος θεοῦ νόμος, ἀρετὴν ἔχειν τὸ ἰσχύον μόνον, τὰ δ' ἄλλα λήρον. [O.]

8. Ἡ ἐπιστήμη τῆς τελειότητος τῶν ἀρετῶν] i. e. ars virtutes perficiendi et consummandi, die Kunst die Tugenden zur höchsten Vollkommenheit zu bringen. Sequentem vocem τῆς ψυχῆς possis conjungere cum ἀρετῶν, virtutum animi. Equidem malim cum εὐδαιμονία, ut sensus sit: Scientia virtutum omnium consummandarum summa est animi felicitas. [O.]

12. Μοῦσαι Σειρήνων ἠδίους] Sensum proverbii optime explicat ipse Clemens l. l. pag. 294. ed. Sylburg. Colon. Μὴ λόγου χρῆσις ἀστεία, ἢ τέρπειν μᾶλλον ἢ ὠφελεῖν τοὺς ἀκούοντας δυναμένη. Μούσους Σειρήνων ἠδίους ἠγεῖσθαι Πυθαγόρας παραινεῖ, τὰς σοφίας ἀσκεῖν μὴ μετὰ τῆδονῆς διδάσκων, ἀπατηλὸν δὲ τὴν ἄλλην διελέγγων ψυχαγωγίαν. [O.]

13. Οἱ θεοὶ τῶν κακῶν εἰσιν ἀναίτιοι] Egregie in eandem sententiam Antoninus Commentar. Lib. VI. §. 1. Ἡ τῶν ὄλων οὐσία εὐπειθῆς καὶ εὐτρεπῆς· ὁ δὲ ταύτην διοικῶν λόγος οὐδεμίαν ἐν ἑαυτῷ αἰτίαν ἔχει τοῦ κακοποιεῖν· κακίαν γὰρ οὐκ ἔχει· οἷδ' ἂν τι κακῶς ποιεῖ· οὐδὲ βλάπτεται τε ὑπ' ἐκείνου· πάντα δὲ κατ' ἐκείνων γίνεται καὶ περαίνεται. ubi vid. Gataker. Opp. Tom. II. pag. 170. Conf. Hierocl. Fragment. pag. 282 seq. ed. Needham. et J. Ch. Wolf. Cyr. Philol. in N. Test. ad Jacobi Epist. Cap. I. v. 13. [O.]

14. Οἱ μὴ κολάζοντες etc.] Valde ad rem facit ista Lactantii sententia de ira dei Cap. 17. Bonorum salutem custodit, qui malos punit· at qui nocenti parcit, ut pluribus noceat, ipse est nocens. Et Cleobuli apud Ausonium:

*Parcit quisque malis, perdere vult bonos.*

Sic enim ibi legendum probavi olim in Exercit. Epistolic. ad Auson. Vulgo male puto legi: *Parcit quisque bonis, perdere vult malos.* Sic C. Memmius apud Sallustium: *ne ignoscendo malis bonos perditum eatis.* [Rittersh.]

16. τὸ ἰσχύον] Legendum omnino τὸ ἰσχυρόν [O.]

18. Πάντων χαλεπώτατον etc.] Sic et D. Jacobus in Epist. Cap. I. vs. 2. Πολλὰ γὰρ πταίομεν ἅπαντες· εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα. [O.]

20. Σαρκὸς φωνή etc.] Hoc est: *Corpus nihil amplius requirit, desiderat, quam ne famem, ne sitim, ne frigus patia-*



tur. In eandem sententiam D. Paulus in I. ad Timotheum Epistola Cap. VI. v. 8. "Εχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάζματα, τοῖς ἀρχιεσθῆσόμεθα. [O.]

24. Τὰ τῶν φίλων κοινὰ] Κοινὰ τὰ τῶν φίλων λέγεται ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων. Φασὶ δὲ λεχθῆναι πρῶτον τὴν παροιμίαν περὶ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' οὗς χρόνους ὁ Πυθαγόρας ἐπειθε τοὺς αὐτοῦ κατοικοῦντας ἀδιανέμητα πάντα κεκτηῆσθαι. Φῆσιν γοῦν ὁ Τίμαιος ἐν τῇ ΙΕ οὕτω· Προσιόντων δ' οὖν αὐτῷ τῶν νεωτέρων, καὶ βουλομένων συνδιατρίβειν, οὐκ εὐθὺς συνεχώρησεν, ἀλλ' ἔφη δεῖν καὶ τὰς οὐαίας κοινὰς εἶναι τῶν ἐντυγχανόντων· εἶτα μετὰ πολλὰ φησὶν, καὶ δὲ ἐκείνους πρῶτον ῥηθῆναι κατὰ τὴν Ἰταλίαν, ὅτι κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Ἐμνήσθη ταύτης καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ Θ τῶν ἠθικῶν. Κλέαρχος δὲ φησὶν, ὑπὸ Χαλκιδέων τῶν ἐν Εὐβοίᾳ πεμφθῆναι δῶρα εἰς Ἀελφούς Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι τῶν δὲ Ἀελφῶν μαντευομένων, εἰ ἐξ ἰσῆς τὴν ἀνάθειν ποιήσονται, ἔφησεν ὁ θεός· Κοινὰ τὰ τῶν φίλων. καὶ Μίνανδρος ἐν Ἀδελφοῖς δευτέροις. Hacc Scholion ad Platon. Phaedr. in Siebenkees. Anecd. Gracc. pag. 70. [O.]

25. κτήσασθαι εὐτονήσαντες] Zehnerus vertit qui assequi possint. Sed quamvis εὐτονέω nonnunquam idem sit quod δύναμαι, v. c. ap. Plutarch. περὶ ὄνσωπίας, μὴ βουλόμενοι μηδὲ εὐτοιούντες εἰπεῖν, Οὐκ οἶδεν ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς, malim tamen h. l. interpretari qui laborant, operam dant, ut adipiscantur, die sich anstrengen es zu erlangen. Hoc enim proprie est εὐτονεῖν. [O.]

29. Χρὴ σιγαῖν etc.] Aliter hoc praeceptum Laertius adfert: "Ἐλεγον οἱ Πυθαγόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά. Sic doctissimus Romanorum Varro apud S. Augustinum Lib. IV. de Civ. Dei Cap. 31. *Multa sunt vera, quae non modo vulgo scire non est utile, sed etiam, tametsi falsa sint, aliter populum existimare expedit. Et ideo Graeci τελετὰς ac mysteria taciturnitate parietibusque clausurunt.* [Rittersh.]

31. οὐ δέσση] Futurum h. l. pro imperativo, ut saepissime, etiam in S. Scriptura, v. c. Matth. V, 43. ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι. ibid. XV, 21. οὐ φονεύσεις, ne occidito. Vid. intpp. ad Viger. pag. 198. Herm. et Matthiae Grammat. Gr. §. 511. pag. 717. et seq. [O.]

34. "Ἔστι δὲ αὐτῷ ὁ μὲν νεηνίσκος μειράκιον etc.] Praeclarus est de nominibus Graecis variarum humanae vitae aetatum Ammonii locus de Diff. vocum v. Γέρων (ex Aristone vel potius, ut Valckenarius ὁ πάνυ emendat, Aristophane Byzantio): Βρέφος ἐστὶ, τὸ γεννηθὲν εὐθείως· Παιδίον δὲ, τὸ τρεφόμενον ὑπὸ τιθηνῶν· Παιδάριον δὲ, τὸ ἤδη περιπατοῦν καὶ τῆς λέ-





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



movent me, quae Rich. Warrenus (seu Car. Ashtonus fuit in Hierocl. ed. Lond.) ad pluralem tuendum adnotavit. [Schaefer.]

v. 2. ἀγαυούς.] Punctum deleam. [Schaefer.]

v. 3. ἐννομά ῥέζων] Camerar. ἔντομα ῥέζων. Male. ῥέζειν verbum sacrum solenne in sacrificiis, ut Latinorum *facere*. [Glandorf.]

v. 6. ἔργοισι τ'] Junt. Froben. Ruffin, ἔργοισι τs sine elisione.

v. 9. δ' εἰθίζεο] Ita Stobaeus Serm. V. Aldd. Camerar, Salmas. Needham. consentiente Hierocle et III MSSis Oxon, δὲ εἰθίζεο Hertel. et Stephan. Curter. Marcil. Sylburg. [Gland.] Infra v. 35. εἰθίζον. Nota formam εἰθίζω, agnitam etiam H. Stephano Ind. in Thesaur. c. 814. G. ubi haec carmina citantur, Itaque non opus, quod alii habent, δὲ εἰθίζεο. [Schaefer.]

v. 11. προήξεις] Sic pleraeque editt. et Stobaeus. Stephanus autem et eum secuti Lectius et Winterton. προήξης.

v. 12. Μήτ' ἰδίην] Sic omnes edd. Stephanus tamen in margine adscripsit μήτ' αὐτός ex Stobaeo Serm. I.

v. 13. ἄσκεϊ] Sic Stobaeus Serm. I, et Stephanianae. Reliquae omnes ἀσκεῖν.

v. 16. φίλει] Sic Aldinae, Marcil, Salmas. Arabica versio. φιλεῖ et ὀλέσθαι pro ὀλέσαι Camer. Stephan. Sylb. Curt. Needh. et Hierocles p. 68. [Gland.] Malim φιλεῖ, ἄλλοτ' ὀλέσθαι, ut haec quoque a γινῶθι ὡς pendeant. κτᾶσθαι significatione passiva passim legitur, rarius in classicis, saepius in scriptoribus posteriorum temporum, Vide quae notavi ad Schol. Apollonii Rhodii p. 53. et ad Memnonis Excerpta p. 234. Orell. [Schaefer.]

v. 17. Ὅσσα τε] Ὅσσα δὲ habet MS. Oxon. B. et Plutarch. Consol. ad Apollon. Opp. Tom. II. p. 116. ed. Francof. Marcil. et Glandorf.

v. 18. Ἦν ἄν μοῖραν ἔλῃς] Ita Brunck. ex Medic. Editt. reliquae ὦν ἄν, MS. Paris. Reg. ὦς ἄν, quod Londinensis editor Hieroclis cum Curterio praefert. ἔλῃς pro ἔχῃς ex Stobaeo est. Cet. vid. Glandorf.

ταύτην φέρε] Sic Brunck. e Medic. Al. πρώως φέρε.

v. 22. ὦν μήτ'] Hierocl. p. 100. ed. Needh. οὐς μήτ', sequente Salmasio.

ἐάσης] Sic Aldd. Neander, Stephanianae, Curterius, Salmasius, Gland. et Stob. Serm. III, ἐάσης Camerar. Marcil, Sylb.

v. 23. ψεῦδος δ' ἦν περ τι λέγεται] Stobaeus Serm. III. legit ψεῦδος δ' ἦν σοί τι γένηται.



v. 24. *πρῶως ἴσχ'*] Sic omnes Aldd. Hertel. Steph. Marcil. Sylb. *πρῶως εἶχ'* Cuiter. Dacer. Needh. etc. Stobaeus Serm. III. *πρῶως εἶλ'*.

*ἐπι παντί*] Sic edd. omnes. Stephanus autem in marg. *ἐπι πᾶσι* ex Stob. l. c.

v. 26. *ὅ τι*] Ald. in fol. *ὅτι*, in 4. autem *ὅ, τι*.

v. 28. *Δειλοῦ τοι*] Sic omnes editt. Camerarius tamen *Δειλοῦ τι*. Sic Wechel. Marcil. et Dacier. sed vitiose. Needhamus uncis inclusit versiculum, sed parenthesis Anglorum more, non *ἐνοθεΐαν* indicantibus. Nam omnes Codd. etiam Oxon. hunc versum habent, Hierocles quoque et Stob. Serm. IV. [*Glandorf.*]

v. 32. *τῆς περὶ σῶμ'*] Stobaeus Serm. XCIX. leg. *τῆς κατὰ σῶμ'*.

v. 34. *ἀνιήσῃ*] Sic Curter. Marcil. Needh. et Brunck. *ἀνιήσει* Aldd. Stephanianae, Sylb. et Salmas.

v. 36. *ταῦτα*] Gallici MSS. et A C D Oxon. habent *τοιαῦτα*.

v. 37. *ὅποῖα καλῶν ἀδαήμων*] Stob. Serm. XVI. leg. *ἀπειροκάλως ἐνὶ ἡμῶν*. (quod soloecum est. Legendum enim esset *ἐνὶ i. e. ἐνεστὶ ἡμῶν*.) Sed *ἀπειροκάλως*, vox prosaica, manifestum est glossema scioli cujusdam et interpretatio v. *καλῶν ἀδαήμων*.

v. 39. Inter hunc versum et sequentem in MSto Augustano chartaceo leguntur, uti Dav. Hoeschelius notavit, hi duo versus, qui etiam apud Porphyrium no. 40. ed. Kuster. occurrunt:

*Πρῶτα μὲν ἐξ ὑπνοιο μελίφρονος ἐξυπαναστάς*

*Εὐ μάλα ποιπνύειν, ὅσ' ἐν ἡματι ἔργα τελέσσειν.*

v. 41. *τρὶς ἕκαστον ἐπελθεῖν*] Sic Codd. et Edd. omnes et Porphyrius in vit. Pythag. No. 40. Dacier. autem et Needham. ex Hierocle p. 156. 158.

*Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων λογίσασθαι ἕκαστον.*

v. 42. *Πῆ παρέβην*] Sic editt. omnes, etiam Diog. Laert. VIII. §. 22. et Plutarchus de Superstit. Opp. p. 168. Suidas in v. *Πυθαγ.* legit *ποῖ*. Arabs reddit *ποῦ*. Sed *πῆ* unice verum. *πῆ* i. e. *qua ratione, qua in re*, Vid. Thom. Mag. p. 652.

*δέον οὐκ ἐτελέσθη*] Epictet. *δέον ἐξετέλεσται*.

v. 44. *Δειλὰ*] Sic habent omnes Edd. praeter Wechel. Curter. Marcil. Omeis. Dacier. Needh. qui legunt *δεινὰ*, uti habent quoque Epictet. Arrian. Lib. IV. Cap. VI. Clemens Alex. Paedag. Lib. I, 10. nec non Hierocles ad h. v. Praeferendum tamen *δειλὰ*, quod hoc sensu semper in Theognide et Hesiodo (v. c. *Εργ.* 713.) occurrit. Quid quod *λ* et *ν* saepe permutantur. Vid. Dorville ad Charit. p. 235. [*Gland.*]



τέρπου] Sic omnes edd. usque ad Needh. Sed praeferendum τέρπεν. Post hunc versum in Codd. Oxon. ACD et Augustan. reperitur iterum versus παρεμβεβλημένος :

Ταῖς αὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῖ φίλον, ὅν κ' ἐθέλησθα.

quem Harlesius recte glossema suspicatur ex v. 5. ortum. [Gland.]

v. 47. Ναὶ μὰ] Plutarch. de Placit. Philos. Lib. I. Cap. III. leg. Οὐ μὰ. Jamblich in vit. Pyth. n. 150. legit :

Οὐ μὰ τὸν ἀμετέρας σοφίας εὐρόντα τετρακτὺν

Παγὰν ἀνάου φύσεως ῥίζωμά τ' ἔχουσαν.

Pro ψυχᾷ MS. Vaticanum perantiquum habet γενεᾷ. Sext. Empiric. Lib. IV. adv. Arithmet. s. 2. p. 332. ed. Fabric. Οὐ μὰ — ψυχᾷ — πηγῆν — ῥίζωμά τ' ἔχουσαν. Sic etiam adversus Logicos Lib. VII. s. 94. p. 389. nisi quod pro ψυχᾷ habet κεφαλᾷ. [Gland.] Formas doricās cave sollicites. In talibus enim etiam dialectus servanda est. [Schaefer.]

v. 49. ἐπευξάμενος] Glandorfio videtur legendum 'esse ἐπευξάμενον, ut referatur ad σε in v. 46. vel majore distinctione post τέλεισαι delecta sic explicari: *si preces necessarias ad deum miseris.*

v. 50. Γνώσειαι] Aldd. γνώση.

v. 51. ἦτε] Juntin. ἦτε bis sine iota subscripto.

v. 52. ἦ] Juntina iterum ἦ sine iota subscripto.

v. 53. Ὡς τε] Sic Ald. in fol. Froben. Ruff. Amerbach. ed. Lips. Camerar. Curterius, Marcil. Omeis. Μῆ τε Ald. ap. Lascaris, Juntin. Amerbach. ed. Argent. Arcer. Stephanianae, Sylburg. Dacier. Ὡς τε μήτε Needham.

v. 54. Γνώση] Sic omnes Edd. Marcilius tamen in Gellio VI, 2. invenit γνώσει, quanquam ed. Conradi habeat γνώση.

ἔχοντας] Gell. l. l. ἐλόντας.

v. 55. Τλήμονες] Sic omnes Aldd. Camerar. Stephanianae, Sylb. Τλήμονας autem Curter. Marcil. Omeis. Dacier. Needham. omnesque deinceps edd. usque ad Brunck. qui restituit Τλήμονες. [O.] Alii Τλήμονας — — — οὐτ' ἐσορῶσιν. Quod si praeferas, vix repugnem. [Schaefer.]

v. 56. συνίσασι] Ald. in fol. συνίσασιν.

v. 57. ὡς δὲ κύλινδροι] Sic Needh. ex marg. MSS. Gall. suffragantibus MSS. A. D. Oxon. οἱ δὲ κύλινδροι Stephanus, Sylb. Camer. Curter. Marcil. Aldinae et Salmasius. Forsitan neutra lectio vera est, sed scribendum: οἱ δὲ, κύλινδροι Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλα. [Gland.]

v. 58. ἀπείρονα] Ald. in fol. et Froben. ἀπήρονα.

v. 60. κε] Ald. in fol. Froben. Ruff. τε. Aldina autem cum





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





*Annotationes in Symbola Pythagorica e collectione Zehneri.*

Οὐδέν ἐστι etc.] Videtur hic locus sumtus ex quodam Porphyrii scripto deperdito Symbolorum Pythagoricorum collectionem continente. [O.]

1. Ἐπὶ χοίνικος μὴ καθίζειν] Aliter explicat hoc Symbolum Jamblichus in Protrept. Cap. XXI. p. 349. ed. Kiessling. Εἰς φιλοσοφίαν σαυτὸν δοῦς ἐκείνου μᾶλλον προνοῦ τοῦ ἐν σοὶ θεοδοτέρον, ὃ ἐστὶ ψυχῆ, καὶ πολὺ πρότερον τοῦ ἐν ταύτῃ νοῦ, ὃν τροφή οὐ χοίνικι, ἀλλὰ θεωρία καὶ μαθήσει μετρεῖται. Erasmus Adag Chil. I. Cent. I. p. 14. ed. Paris. exponit, non oportere per otium et inertiam cibum alienum sectari, apposite citans dictum Pauli Apostoli II. Thess. III, 10. εἴ τις οὐ θέλει ἐργάζεσθαι, μηδὲ ἐσθιέτω. Sic et Dacerius in Bibliothéque des anciens Philosophes Tom. I. p. 232. et Porphyrius Vit. Pythag. §. 42. Μηδ' ἐπὶ χοίνικος καθίζεσθαι· οἶόν, μὴ ἀργὸν ζῆν. ubi vid. Rittershus. p. 228. ed. Kiessling. Conf. Creuzer. V. Cl. Symbolik und Mythologie der alten Volker Tom. I. p. 127. [O.]

2. Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν] τοῦτ' ἐστὶ, μὴ πλεονεκτεῖν. Porphyrius Vit. Pyth. §. 42. ubi vid. Rittershus. p. 224. In genere admonet Pythagoras, quod magni facere debeamus justitiam, neque ab ea recedere. Conf. Dacer. l. l. p. 231. Stanlej. Hist. Philos. p. 795. ed. Lips. Hinc proverbium: *trutina justior*. [O.]

3. Μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν] Dacerius l. l. p. 237. explicat, *ne pro quovis vadimonium praesta, ne cautionnes pour personne*, citans Salomonis Proverb. VI, 1. Χιὲ, εἰάν ἐγγυήσῃ σὸν φίλον, παραδώσεις σὴν χεῖρα ἐχθρῶ. [O.]

4. Καρδίαν μὴ ἐσθίειν] Clemens Alexandr. Strom. V. φθόνος γὰρ ἔξω θεῖον χοροῦ ἴσταται, καὶ ζῆλος, καὶ λύπη· ἧ καὶ οἱ μύσται καρδίαν ἐσθίειν ἀπαγορεύουσι, μὴ χρῆναι ποτὲ διδάσκοντες ἰαθυμίαις καὶ ὀδύλαις ἐπὶ τοῖς ἀβουλήτως συμβαίνουσι δάκνειν καὶ κατεσθίειν τὴν ψυχὴν. Ἄθλιος γοῦν ἐκεῖνος, ὃν φησὶ καὶ Ὀμηρος (Il. VI, 202. de Bellerophonte) πλανώμενον μόνον ὃν θυμὸν κατέδειν. Hierocles autem in Aur. Carm. p. 218. ed. Needham. τὸ καρδίαν μὴ ἐσθίειν προηγούμενως μὲν εἰς τὴν τοῦ θυμικοῦ κατάστασιν μὴ ἴεναι λέγει, κατ' ἐπακολούθησιν δὲ καὶ τὴν τούτου τοῦ μέρους ἀποχὴν εἰσηγεῖται. Aliter Jamblichus in Protrept, l. l. Τὸ δὲ, καρδίαν μὴ τρώγε, σημαίνει τὸ μὴ δεῖν τὴν ἔνωσιν τοῦ παντός καὶ τὴν σύμπνοιαν διασπᾶν, καὶ ἔτι μᾶλλον τὸ, μὴ ἴσθι βάσκανος, ἀλλὰ φιλάνθρωπος (h. e. ut vertit Creuzerus V. Cl. in Symbolik p. 1. Löse die Einheit des Ganzen und seinen Einklang nicht, sey



*menschlich und philosophire gemeinsam*). Conf. Erasm. et Dacer. l. l. et qui multus est de hoc Symbolo Rittershus. ad Porphy. p. 227. Kiessl. [O.]

5. *Κυάμων ἀπέχεσθαι*] Jamblichus l. l. τὸ δὲ, *κυάμων ἀπέχου, συμβουλεύει φυλάττεσθαι πᾶν ὅσον ἐστὶ φθαρτικὸν τῆς πρὸς θεοῦ ὁμιλίας καὶ θείας μαντικῆς*. cum quo consentit Cicero de Divin. Lib. I. Cap. XXV. *Jubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus adfectis, ut nihil sit, quod errorem alius perturbationemque adferat. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne fabis vescerentur, quod habet inflammationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quaerentis vera contrariam*. Diogenes Laert. Lib. VIII. §. 34. *Φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ περὶ κυάμων παραγγέλλειν αὐτὸν (Πυθαγόραν) ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων, ἥτοι ὅτι αἰδοίους εἰσὶν ὅμοιοι, ἢ ὅτι ἄδου πύλαις, (ἀγόνατον γὰρ μόνον) ἢ ὅτι φθείρει, ἢ ὅτι τῇ τοῦ ὄλου φύσει ὅμοιον, ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν*. ubi vid. Menagii notas pag. 367 seq. ed. Meibom. Conf. et Gell. Noct. Att. IV, 11. ibique intpp. Erasm. l. l. Rittershus. ad Porphy. pag. 232 seq. et intpp. ad Geopon. II. C. 35, 6. Tom. I. p. 180 seq. ed. Niclas. [O.]

6. *Μὴ συνδιατρίβειν μέλασιν ἀνθρώποις*] Huc referentur versus Horatii Lib. I. Epist. IV, 81.

— — — — *Absentem qui rodit amicam,  
Qui non defendit alio culpante, solutos  
Qui captat risus hominum, famamque dicacis:  
Fingere qui non visa potest, commissa tacere  
Qui nequit, hic niger est, hunc tu, Romane, caveto. [Zehn.]*

Ducta fortassis metaphora a sepia pisce, qui atramento, quod in cauda gestat, sese occultit. Vide Erasm. Adag. Cent. I: init. Hinc simillimum hoc Symbolum illi, quod Dacerius, No. LX. p. 280. inter spuria edidit: *Sepiam ne edito*. Paulo aliter explicat Trypho Grammaticus citatus a Gyraldo in explicatione hujus Symboli, quod scil. a dolis et mendaciis sit abstinendum, quae in nigredinem desinunt. Vid. Stanlej. Hist. Philos. p. 795. In alia omnia abit Hieronymus Wolfius ad Isocrat. Paraenes. ad Demonic. pag. 204. ed. in fol. *μελανούρων* explicans *foedam voluptatem*, quae cum pulchra facie blandiatur, nigra et venenata cauda, ut scorpius, incautos vulnerat. [O.]

7. *τοῦτέστι λάλον*] Aliter Jamblichus: *Τὸ δὲ, χελιδόνα οἰκία μὴ δέχου, συμβουλεύει, ῥάθυμον καὶ μὴ διηνεκῶς φιλοπονοῦντα μηδὲ ἐπίμονον αἰρετιστήν καὶ γνώριμον εἰς τὰ δόγματα τὰ σαμὴ μὴ ἐπιδέχου* . . . . . *εἰκόνι δὲ ῥάθυμίας καὶ ἐγκοπῆς χρόνων χελιδόνι κίχρηται, ὅτι μέρος τι τοῦ ἐνιαυτοῦ αὐτῆς ἐπιφοιτᾷ ἡμῖν*









**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



„Et in flaminum Romanorum vestibibus nullus erat nodus.“ [Kießl.] Cum hoc praecepto Pythagorae Dacerius pag. 165. apposite comparat monitum illud, quod angelus Mosi dederat ex rubo igneo Exod. III, 5. *Λῦσαι τὸ ὑπόδημά σου ἐκ τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος, ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας γῆ, ἅγια ἐστίν.* [O.]

14. *Τὰς λεωφόρους* etc.] Jamblichus: *τοῦτο τὸ σύμβολον τὴν μὲν δημώδη καὶ ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀφιέναι παραγγέλλει, τὴν δὲ χωριστὴν καὶ θεϊαν μεταδιώκειν ἀξιοῖ.* D. Hieronymus exponit: *Ne vulgi sequaris errores.* Et Olympiodorus citatus a Wyttenbachio ad Platón. Phaedon. p. 155. *Οὐ τὴν λεωφόρον δεῖ εἶναι, τουτέστι τὴν τῶν πολλῶν.* Conf. Erasm. Adag. p. 17. Similimum D. Salvatoris dictum Matth. VII. v. 13. 14. et Mosis Exod. XXIII, 2. *Οὐκ ἔση μετὰ πλειόνων ἐπὶ κακίᾳ.* Conf. Rittershus. ad Porphyr. Vit. Pyth. §. 42. pag. 229. Kießl. Plane contrarium Pythagorae praeceptum affert Laertius: *Ἐπὶς λεωφόρου μὴ βαδίζειν.* Quod mihi suspectum est. [O.]

16. *Ἀνέμων πνεόντων* etc.] Jamblichus: *καὶ αὐτὸ τῆς θείας σοφίας ἐστὶ γνώρισμα· αἰνίττεται γὰρ, ὡς δεῖ τῶν θεϊῶν οὐσιῶν κατὰ δύναμιν τὴν ὁμοιότητα ἀγαπᾶν, καὶ ὅταν ἐνεργῶσι, τὸν σύμφωνον πρὸς τὰς ἐνεργείας αὐτῶν λόγον μετὰ μεγάλης σπουδῆς τιμᾶν τε καὶ σέβειν.* Sic et Brassicanus pag. 1223. Lil. Gyraldus autem et Dacer. No. 54. pag. 275. *Cum venti flant, i. e. cum turbarum civilium procellae existunt, tum fugiendum esse sapienti urbium strepitum et quaerenda loca deserta ac solitaria, ubi nil auditurus sit, nisi echo, vocis suae imaginem.* [O.]

17. *Ὁξίδα* etc.] Jamblichus: *Τοῦτο φρονήσει χρῆσθαι παρακελεύεται, καὶ μὴ θυμῷ. τὸ μὲν γὰρ ὄξυς τῆς ψυχῆς, ὅπερ θυμὸν καλοῦμεν, λόγον καὶ φρονήσεως ἐστέρηται. ζεῖ γὰρ ὁ θυμὸς, ὡς περ λέβης πυρὶ θαλπόμενος . . . . . καὶ τὸ πάθος οὖν τοῦτο λογιζομῶν πιέζειν χρῆ.* *Ὁξίς*, quod aliis locis significat acetabulum, (conf. Suidas h. v. et Steph. Thes. Tom. II. p. 1358.) hoc loco est omne id, quod acutum est, aut acutus gladius. Nam ab aliis hoc Symbolum his verbis exprimitur: *Ὁξεῖαν μάχαιραν ἀποστρέφειν.* Conf. Diog. Laert. VIII, 17. et Gyrald. [Kießl.] Equidem crediderim, Jamblichum scribentem *ὄξίδα* cogitasse acetabulum imprimis ob verba, *ζεῖ γὰρ ὁ θυμὸς, ὡς περ λέβης.* Et sane elegantissima est comparatio animi iracundi cum vase aceti pleno. Dacerius No. 29. pag. 247. expl.: *Cave tibi a conviciis et dicteriis, σκώμμασι, quae mordent et laedunt animos aceti instar.* Sic et Horatius I. Serm. VII, 32 seq.

*At Graecus, postquam est Italo perfusus aceto, Persius exclamat.* [O.]



18. Ἄνδρὶ ἐπανατιθεμένῳ etc.] Jamblichus explicat: μὴ γίγνου μήτε σαυτῷ μήτε ἄλλῳ ἑσθυμίας καὶ μαλθακῆς διαίτης αἴτιος, πόνῳ γὰρ πᾶν χρῆμα ἀλώσιμον. Porphyrius Vit. Pyth. §. 42. παρῆνει μηδενὶ πρὸς ἑσθιώνην, ἀλλὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ πόνους συμβάλλειν. ubi vid. Rittershus. pag. 230 seq. ed. Kiessl. Hieronymus adv. Rufin. *Oneratis superponendum opus, deponentibus non communicandum: h. e. ad virtutem incedentibus augenda praecepta, tradentes se otio relinquendos.* Conf. Plutarch. Sympos. Lib. VIII. Cap. VII. Contrarium plane habet Laertius VIII, 17. φορτίον συγκαθαιρεῖν καὶ μὴ συνεπιτιθέναι, nisi legendum sit συναποτιθέναι. Conf. Erasm. Adag. Chil. I. Cent. I. ibique H. Steph. p. 17. et Creuzer. V. Cl. in *Symbolik* etc. Tom. I. p. 128. Aliter citat et interpretatur hoc symbolum Olympiodorus in Comment. ad Platon. Phaedon. (in Andr. Mústoxydis *Συλλογῇ Ἀνεκδότων* novissime edita p. 8 et 9.) διότι Πυθαγόριον παράγγελμα μὴ ἀποτιθέναι, ἀλλὰ συνεπιτιθέναι τὰ βάρη, τούτοις οὐμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν, vocem τὰ βάρη explicans τὰ βάρη εἶτα τοῦ, opus proprium, non alienum. [O.]

19. Εἰς μὲν ὑπόδησιν etc.] Brassicanus in Append. ad Erasm. Adag. p. 1223. vertit: *In calceum dextrum praemitte pedem, in podoniptrum autem sinistrum.* Jamblich. εἰς τὴν πρακτικὴν φρόνησιν παρακαλεῖ, τὰς μὲν σπουδαίας πράξεις ὡς δεξιάς περιτίθεσθαι παραγγέλλον τὸ σύμβολον, τὰς δὲ φαύλας ὡς ἀριστεράς ἀποτίθεσθαι πάνταπασι καὶ ἀπορρίπτεσθαι. Potius: *Ad labores obeundos ut celeres et expediti, ad voluptates corporis autem vel alia oblectamenta segniores simus ac remissiores.* Ceterum Meinersius in *Geschichte der Wissenschaften* Tom. I. pag. 497. Symbolum hoc Pythagorae abjudicat. [O.]

20. Περὶ Πυθαγορείων etc.] Jamblichus: τοῦτο (τὸ σύμβολον) παρακλητικόν ἐστὶν εἰς τὸν κατὰ φρόνησιν νοῦν· οὗτος γὰρ τῷ φωτὶ ἔοικε τῆς ψυχῆς, καὶ ἀόριστον οὔσαν αὐτὴν ὀρίζει, περιάγει τε ὡσπερ ἐκ σκοίου εἰς φῶς. περὶ πάντων μὲν οὖν τῶν ἐν τῇ ζωῇ καλῶν ἡγεμόνα νοῦν προϊστασθαι προσήκει· μάλιστα μὲν οὖν περὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων ταῦτα γὰρ ἄνευ φωτὸς οὐχ οἶόν τε ἐστὶ γινῶναι. Sic et Brassicanus p. 1226. Adag. Erasm. — Jam vero mihi praeceptum hoc accuratius perpendenti alia videtur loci sententia, haec scil.: *De mysteriis Pythagoricis nunquam sine lumine loquitor*, h. e. non palam et in aprico, sed solummodo in loco secreto, abdito et tenebricoso adeoque facibus vel candelis collustrato, (φῶς enim de quovis lumine, sed speciatim de igne vel lumine facis aut Lucernae. Hesych. φῶς — καὶ τὸ πῦρ.) qualibus in locis arcana sua concilia habuisse videntur veteres Pytha-



gorei, ut hodie arcanorum collegiorum sodales, quos *Franc. Maçons, Freymauser* vocant, quibus legibus suis vetitum est de rebus suis arcanis vel inter se ipsos colloqui; nisi in loco quo congregantur (*in der Loge*). [O.]

21. *Ἀποδημῶν τῆς οἰκίας μὴ ἐπιστρέφου*] Plutarchus *περὶ παιδ. ἀγωγ.* C. 17. *Μὴ ἐπιστρέφουσαι ἐπὶ τοὺς ὄρους ἐλθόντας, τουτέστι μέλλοντας ἀποθνήσκουσαι καὶ τὸν ὄρον τοῦ βίου πλησίον ὄντα ὄρωντας φέρειν εὐκόλως, καὶ μὴ ἀθυμεῖν.* Diogenes Laertius VIII, 17. *Αἰὰ δὲ τοῦ εἰς ἀποδημίαν βαδίζοντα μὴ ἐπιστρέφουσαι παρήνει τοῖς ἀπαλλαττομένοις τοῦ βίου μὴ ἐπιθυμητικῶς ἔχειν τοῦ ζῆν, μηδὲ ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα ἡδονῶν ἐπάγεσθαι.* Jamblichus explicat de continua meditatione mortis, i. e. separatione animi ab omnibus rebus corporeis et iis, quae sensibus percipiuntur. Vid. Plato in *Phaedon.* C. 32. Eodem tendit divini Soteris dictum Luc. IX. 62. *Οὐδεὶς ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς ἄροτρον καὶ βλέπων εἰς τὰ ὀπίσω, εὐθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ.* Plura vide ap. Rittershus. ad *Porphyr. Vit. Pythag.* p. 228 seq. ed. Kiessl. [O.]

*Ἐριννύες γὰρ μετέρχονται*] Jamblich. *μετάνοια γὰρ ἐκ τούτου πολλή σοι παρέψεται .... τὴν δὲ μετάνοιαν Ἐριννῦν μετωνόμασεν.* [O.]

22. *Ἦρὸς ἥλιον etc.*] Jamblichus explicat: *Μὴ ζωῶδες τι ποίει καὶ βοσκηματῶδες.* Harduinus ad *Plin. Hist. Nat. Lib. XXVIII. Cap. VI. (XIX. Hard.),* qui hoc praeceptum Magis tribuit, interpretatur: Contra magnos et honestos viros nihil proterve, nihil irreverenter agendum. Sed rectius Erasmus in *Adag.* p. 18. et Dacerius putant, in genere verecundiam commendari hoc symbolo, quam in Pythagora summam fuisse testatur Laertius his verbis: *οὐδὲ πώποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν. Nemo eum unquam vidit vesicam aut alvum exonerantem.* Ceterum apposite tanquam fontem hujus Symboli Erasmus citat versus Hesiodi in *Ἔργ.* v. 725. et seqq.

*Μηδ' ἀντ' ἡελίοιο τετραμμένος ὀρθὸς ὀμιχεῖν,  
 Ἀυτὰρ ἐπὶν κε δύῃ, μεμνημένος, ἔς τ' ἀνιόντος.  
 Μήτ' ἐν ὄδῳ, μήτ' ἐκτὸς ὄδοῦ προβάδην οὐρήσῃς,  
 Μηδ' ἀπογυμνωθεῖς μακάρων τοι νύκτες ἔασιν  
 Ἐζόμενος δ' ὄγε θεῖος ἀἰὴρ πειννόμενα εἰδώς,  
 Ἢ ὄγε πρὸς τοῖχον πελάσας εὐερκέος αὐλῆς.*

Sic et Judaeis praeceptum fuerat: *לִּלְבַּשׁ רַגְלֶיךָ (LXX παρασκευάσασθαι)* 1 Sam. XXIV, 4: *pedes tegere.* Vide Michael. Supplement. ad *Lexica Hebr.* p. 1743. [O.]

23. *Δαδίω θῶκον μὴ ἀπομάσσειν*] Diogenes Laert.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





*breviandam vitam curis et anxiiis cogitationibus*, quod praeceperat Pythagoras Symbolo *καρδίαν μὴ ἐσθίειν*. Dacerius No. 38. pag. 255. et seq. triplicem Symboli hujus explicationem proponit, ut sit vel 1. *Ne in tuum usum convertas, quae publica sunt adeoque omnium usibus patent*: vel 2. *Nil abjectum, servile vel indignum homine ingenuo neque cogites neque facias*, cum ligna scindere antiquitus habitum fuerit servorum officium: (Huc respicit dictum illud Josuae ad Gibeonitas Jos. IX; 25. *Καὶ νῦν ἐπικατάραιοί ἐστε· οὐ μὴ ἐκλείπη ἐξ ὑμῶν δούλος, οὐδὲ ξυλοκόπος, οὐδὲ ὑδροφόρος, ἐμοὶ καὶ τῷ θεῷ μου.*) vel tandem 3., ut Jamblichus explicat: τὸ ἐν ὁδῷ μὴ σχίζε δηλοῖ, ὅτι ἐν μὲν τὸ ἀληθές, πολυσχιδές δὲ τὸ ψεῦδος. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ τὸ μὲν τι ἕκαστον μοναχῶς λέγεσθαι, εἴπερ ὑγιῶς λέγοιτο, τὸ δὲ τι οὐχὶ ἕκαστον ἀπείροισι τρόποις. ὁδὸς δὲ ἡ φιλοσοφία δοκεῖ εἶναι. λέγει οὖν, ὅτι αἰροῦ φιλοσοφίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἐπὶ φιλοσοφίαν ὁδὸν, ἐν ἣ ὁὐ σχίσσεις, οὐδὲ ἀντιλεγόμενα δογματίσεις, ἀλλὰ ἐστῶτα καὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἀποδείξει ἐπιστημονικῇ βεβαιωθέντα διὰ μαθημάτων καὶ θεωρίας, ὃ ἐστι, πυθαγορικῶς φιλοσόφει. Mihi sensus esse videtur: *Μὴ λεπτολογεῖν ἐν τῇ φιλοσοφίᾳ*, h. e. in philosophiae studio non esse disquirendas res minutas ac subtiles, quae ad vitam emendandam nihil conferunt. Sic in Aristophanis Nubb. v. 129. Strepsiades ait:

*Πῶς ἂν γέρον ὦν κἀπιλήσμων καὶ βραδύς*

*Λόγων ἀκριβῶν σχινδαλαμοὺς μαθήσομαι; [O.]*

27. *Δακτύλιον μὴ φορεῖ*] Jamblichus: φιλοσόφει, φησὶν, ὡς ἀληθῶς, καὶ χωρίζε τοῦ περικειμένου δεσμοῦ τὴν ψυχὴν· μελέτη γὰρ θανάτου καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἡ φιλοσοφία. Meinersio suspectum est hoc Symbolum ob sequens, quod fere contrarium moneat. Sed si cum Plutarcho περὶ παιδ. ἀγωγ. Cap. XVII, 8. legamus *Μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον*, praeceptum Pythagora dignissimum exit, scil. ut ipse Plutarchus explicat: *ὅτι δεῖ τὸν βίον ἐλεύθερον ἐπιτηδεύειν, καὶ μὴ δεσμῷ προσάπτειν αὐτόν*. Sic et Hieronymus adv. Rufin. Sensus itaque erit: *Libertatem tuam vel principi vel uxori vel amasio ne mancipaveris*. [O.]

28. *Θεοῦ τύπον etc.*] Jamblichus: *Φιλοσόφει καὶ ἀσωμάτων πρὸ παντὸς ἡγοῦ θεοῦς ὑπάρχειν . . . . μὴ νόμιζε δὲ μορφαῖς αὐτοὺς κεχρηῆσθαι, ὅσαι εἰσὶ σωματικαί· μηδὲ προσδέχεσθαι ὑποστάσει ὑλικῇ, καὶ οἷον δεσμῷ ὑλικῷ σώματι, ὡσπερ τὰ ἄλλα ζῶα*. Melius Porphyrius, Vit. Pythag. §. 43. *Θεῶν τε εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν. τουτέστι τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερόν, ἔχειν, μηδ' εἰς πολλοὺς φέρειν*. ubi vide Rittershus. p. 231. seq. [O.]

29. *Παρά λύχνον etc.*] *ad lucernam faciem tuam in spe-*



*culo ne contemplator*, ut bene vertit Dacérius. Speculum enim antiquis incertitudinis et fallaciae symbolum: quod liquet vel ex loco Paulino 1 Cor. XIII, 12. *Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον*. Etiam facis seu lucernae lumen tanquam imago cognitionis obscurae adhuc ac imperfectae usurpata veteribus, ut docent nos Petri Apostoli verba II Epist. Cap. I, 19. *καὶ ἔχομεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον· ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν*. Sensus itaque hujus Symboli erit: Cave tibi ab imaginationis ludibriis, quae animum fallunt neque permittunt illi cognoscere vel adspicere ipsum verum, τὸ ὄντως ὄν, aut te ipsum cognoscere, qui sis. Similiter et Jamblichus explicat: *φιλοσόφει μὴ προστρέχων μὴ ταῖς κατ' αἰσθησιν φαντασίαις, αἵτινες φῶς μὲν τι περὶ τὰς καταλήψεις ποιοῦσι, λυχνοειδὲς μέντοι καὶ οὐχὶ φυσικὸν οὐδὲ ἀληθές* etc. Ceterum Meinersio nescio qua de causa suspectum est et hoc Symbolum. [O.]

30. *Περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπίστει*] Hoc non Symbolum, sed praeceptum est. Sensus apertus. Hinc etiam divinationi per auguria magnam auctoritatem tribuisse Pythagoreos testatur Cicero de Divinat. I. Cap. III. ubi vid. Davis. p. 9. ed. Rath. Equidem vero prorsus assentior Meinersio suspectum habenti hoc Symbolum indignissimum sane viro sapiente. [O.]

31. *Ἀσχέτω γέλωτι*] Praeceptum, non Symbolum. [O.]

32. *Παρὰ θυσίαν μὴ ὀνυχίζου*] Apposite Dacérius cum hoc symbolo comparat versus Hesiodi *Ἔργ. v. 742 seq.*

*Μηδ' ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν ἐνὶ δαιτὶ θαλείῃ*

*· Ἄνον ἀπὸ χλωροῦ τὰ μνεῖν αἰθῶνι σιδήρῳ.*

Praecipere videtur Pythagoras, rebus sacris occupatum penitus oblivisci debere quarumcunque sive actionum, sive cogitationum mundanarum indignarumque deorum majestate ac templorum sanctitate. Argutatur in hoc Symbolo Jamblichus: *Βουλόμενός νεοῦν (Πυθαγόρας) τοὺς συγγενεῖς ἐξ ἀποστήματος τοὺς περὶ τὸν ἄλλον χρόνον ἡμελημένους διὰ τὴν ἀπόστασιν, τοῖς ὀνυξίν ἐχρήσατο, ὧν τεμνομένων ἄλγησις οὐδεμία περιγίγνεται, καὶ εἶπε· μὴ ἀποτίθεσο παντᾶσιν τούτους, εἰ καὶ τῷ ἄλλῳ χρόνῳ παρημελήθησαν, προοάγαγε αὐτοὺς σαυτῷ καὶ ἀνανέου τὴν οἰκειότητα (ἐν θυσίαις)*. [O.]

*κῆ. Δεξιὰν* etc.] Vide supra ad Symbol. 3. Jamblichus interpretatur: *Μὴ ἀνάσπα μὴδὲ ἀνιμᾶν ἐπιχείρει δεξιὰν ὀρέγων τοῖς ἀνεπιτηδεύοις καὶ ἀνοργιάστοις*. Erasmus in Adag. p. 14. apposite comparat illud Solonis Apophthegma, quod ex Apollodoro refert



Diogenes Laertius: φίλους μὴ ταχὺ κτῶ· οὐς δ' ἂν κτήσῃ, μὴ ἀποδοκίμαζε. [O.]

33. *Στρωμάτων ἐξανάστας συνέλισσε αὐτὰ etc.* ] Apud Diogenem Laertium VIII, 17, hoc Symbolum ita legitur: *Τὰ στρώματα αἰεὶ συνδεδεμένα ἔχειν.* Jamblichus: *Τοῦτο παραγγέλλει, ὅτι φιλοσοφεῖν ἐπιβαλλόμενος νοητοῖς λοιπὸν καὶ ἀσωμάτοις προσοικείου σεαυτὸν, ἐκ τοῦ οὖν ἀμαθείας ὕπνου καὶ νυκτοειδοῦς σκοτούς ἐξανισταμένος μηδὲν συνιστῶ σεαυτῷ σωματικὸν εἰς τὸ τῆς φιλοσοφίας ἡμεροειδές, ἀλλὰ πάντα τὰ τοῦ ὕπνου ἐκείνου ἴχνη τῆς μνήμης τῆς σεαυτοῦ ἐκκᾶθαιρε καὶ ἐξαφάνιζε.* Plutarchus in Sympos. VIII, Cap. VIII. *Ἡ μὲν τῶν στρωμάτων συντάραξις ἐνίοις μὲν ἐδόκει μηδὲν ἔχειν ἀτοκεκρυμμένον, ἀλλ' αὐτόθεν φαίνεσθαι τὸ μὴ πρέπον ἀνδρὶ συγκεκριμένης γαμετῆς χώραν ὁρᾶσθαι καὶ τύπον, ὥσπερ ἐκμάγειον ἀπολειπόμενον. Ὁ δὲ Σύλλας μᾶλλον εἶναζε κοιμήσεως μεθήμερινῆς ἀποτροπὴν εἶναι τὸ σύμβολον, ἀναιρουμένης ἔωθεν εὐθύς τῆς πρὸς τὸν ὕπνον παρασκευῆς, ὡς νυκτός ἀναπαύεσθαι δεῖν.* Clemens Alexandrinus Stromat. Lib. V. p. 559. *Ἡ κοίτη ταρασσέσθαι παραινέεται, ὡς μήτε ὄνειρωγμοῦ τινος, μηδὲ μὴν ὕπνου μεθ' ἡμέραν, ἀλλὰ μηδὲ τῆς ἐν νυκτὶ ἡδονῆς ἐπιμεμνησθαι ἔτι. τάχα δὲ καὶ φαντασίαν τὴν ζοφεράν συγγεῖν τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ δεῖν ἠνίσσετο.* Erasmus in Adag. pag. 19. *suspicitur, commendari verecundiam etiam his in rebus, quibus cogimur naturae necessitati satisfacere.* Henr. Stephanus autem in Annotatt. ad Erasm. putat, aliud Pythagoram innuisse, nimirum, cum mane ignoremus, ubi vesperi moraturi simus et somnum capturi, (ut incertae et infinitis mutationibus obnoxiae res humanae) debere nos semper stragula nostra habere *συνδεδεμένα*, id est, in unum quasi fasciculum colligata, simulatque ex uno loco in alium migrandum erit. Stragula itaque putat Stephanus h. l. posita esse pro tota supellectile, ut perinde sic quasi praecepisset *αἰεὶ τὰ ἑαυτῶν συσκευάζεσθαι*, ut Xenophon loquitur, vel *vasa colligere*, tanquam se itineri accingentes. [O.]

35. *Ἐγκέφαλον μὴ ἔσθιε* ] Jamblichus: *αἰνίττεται, ὡς οὐ δεῖ κακῶς βεβουλευμένα πράγματα καὶ δόγματα διασιλλᾶναι μηδὲ διαδάκνειν.* Conf. Brassican. ad Erasm. Adag., p. 1224. Dacernus contra putat, Symbolum hoc idem innuere, quod vetat Horatius II, Od. XI, 11.

— — — *quid aeternis minorem  
Consilium animum fatigas?*

*Zermartre, zerbrich dir den Kopf nicht mit weitaussehenden Plänen und Entwürfen.* [O.]

36. *Ἀποκάρματων etc.* ] Jamblichus: *Τὸ σύμβολον λέγει*





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



aequat. Hinc Symbolum ita capiendum: *In majore honore tibi esto figura et mensura (decempeda), quam figura et triobolus.* Quae ad hanc universam sententiam redeunt: Mathematicorum vel omnino literarum studia colito vel nulla mercede invitatus. Atque profecto hoc Symbolum, si ita intelligitur, dignum est, quod eorum numero, quae Meinersius in libro *Geschichte der Wissenschaften* Tom. I. p. 495. vere Pythagorica esse censet, adjiciatur. [*Kiessling.*] In alia omnia abierunt Gyraldus et Dacerius, ille de S. Trinitate et ejus adoratione a Pythagora commendata somnians, hic legens *προτίμα τὸ σχῆμα καὶ βῆμα καὶ τριόβολον — βῆμα* interpretans de regibus aliisve magistratibus vel iudicibus honorandis, *τριόβολον* autem de tribus illis naturis beatioribus, quas in Carminis aurei initio hominibus colendas dixerat Pythagoras, *ἀθανάτους* scil. *θεούς, ἥρωας ἀγαυούς* et *καταχθονίους δαίμονας*. Qua ratione autem istae dici potuerint *τριόβολος*, fateor me non intelligere. Verum ex parte vidit Stanlejus in *Hist. Philos.* pag. 796. ed. Lips. [O.]

λζ. *Κυάμων ἀτέχου*] Vide quae supra observavimus ad Symb. 5. Sprengelius in *Historia Rei Herbariae* citatus a doctissimo Creuzero in lib. *Symbolik und Mythologie* Tom. I. p. 126. putat, fabarum genus, cujus cibo Pythagoras interdixit discipulis, esse *κυάμὸν Αἰγυπτίων*, fructum loti Aegyptiae, sive *Nelumbium speciosum* Linnaei. [O.]

40. *Μολόχην* etc.] Perizonius ad Aelian. *Var. Hist. Lib. IV. Cap. XVII.* putat malvam judicatam sanctissimam a Pythagora, quia simplicissimus et antiquissimus fuerit hominum cibus, teste Hesiodo *Ἔργ. v. 41.*

— — — — — οὐδ' ἴσασι, ὅσω πλέον ἤμισυ παντός  
\*Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τς καὶ ἀσφοδέλω μέγ' ὄνειαρ.

(quod confirmat etiam Plutarchus in *Conviv. Sapient.* p. 157. ed. Francof., ubi inter alia ait, *Deli in templum ferri malvam et similes herbas, τῆς πρώτης ὑπομνήματα τροφῆς καὶ δείγματα*): ad hoc itaque respicientem Pythagoram commendasse ideo malvam propagandam discipulis suis et ejus cibo illis interdixisse, ut monumentum antiquissimi victus sacrosanctum conservarent. Lil. Gyraldus autem et Dacerius putant, Pythagoram hoc Symbolo commendare voluisse mansuetudinem et placabilitatem. Nam cum *μολόχη* herba sit inter malvae species, cujus virtus est mollire et solvere, facilitatem et mollitudinem hac imagine innuisse philosophum. Quae Jamblichus et ex eo Brassicanus p. 1224. *Adag. Erasm.* ad hoc Symbolum afferunt, merae sunt argutiae et ineptiae. De varia scriptura *μολόχη* et *μαλάχη* disputat Valckenaer



ὁ πᾶνν ad Aristoph. Plut. v. 544. illud Doribus, hoc Atticis in usu fuisse docens. [O.]

42. *Στέφανον μὴ τίλλειν*] Ipse Porphyrius explicat: *τουτέστι τοὺς νόμους μὴ λυμαίνεσθαι· στέφανοι γὰρ πόλεων οὗτοι.* Sic et Hieronymus Apolog. adv. Rufinum: *coronam minime carpendam, i. e. leges urbium conservandas.* [O.]

43. *Σπονδὰς ποιῆσαι* etc.] Ipse Porphyrius interpretatur: *ἐντεῦθεν γὰρ ἠνίττετο τιμᾶν τοὺς θεοὺς καὶ ὑμνεῖν τῆ μουσικῇ· αὐτὴ γὰρ διὰ ὠτῶν χωρεῖ.* Jamblichus autem de Vit. Pyth. Cap. 18. *σπένδειν τοῖς θεοῖς κατὰ τὸ οὖς τοῦ κύλικος οἴωνοῦ ἔνεκα, καὶ ὅπως μὴ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πίνηται.* Conf. Creuzer V. Cl. in *Symbolik und Mythologie* Tom. I. pag. 128. [O.]

44. *Μήτραν ζώου μὴ ἐσθίειν*] Causam hujus praecepti explicat Hierocles in Aur. Carm. pag. 216. Needh. *Τοῦτο δὲ οὐτωσὶ λεγόμενον ἐνός τινος ἀφίσθηον ἡμᾶς τῶν περὶ γῆν καὶ τούτου σμικροτάτου. Ἐὰν δὲ εἰς τὸ πολύνουν τῆς Πυθαγορικῆς βαθύτητος ἀπίδης, τὴν ὅλην τῆς γενέσεως ἀποχὴν δι' ἐνός τινος αἰσθητοῦ παραδείγματος διδαχθῆση, καὶ ὡς μὲν ἐν βρώμασι τοῦτο οὐ προσοιόμεθα, ὡς δὲ ἐν τοῖς τοῦ αὐγοειδοῦς καθάρσιαις τὸ ἀπὸ τούτου νοούμενον ἐπιτηδεύσομεν.* Conf. Gyrald. ad hoc Symbol. Opp. Tom. II. p. 455. [O.]

45. *Θνησιμαίων ἀπέχεσθαι*] Idem Hierocles p. 218. *κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὸ θνησιμαίων ἀπέχεσθαι δεῖν θεωρήσομεν τὸ μὲν ὅλον τῆς θνητῆς φύσεως ἀπειργεῖν ἡμᾶς, ἥδη δὲ καὶ τῆς τῶν ἀθύτων καὶ ἀνιέρων σαρκῶν μεταλήψεως.* [O.]

46. *Τὸν ἄλα παρατίθεσθαι*] Hinc Parius ille Iamborum scriptor Archilochus id crimini dabat socero suo Lycambae, quod foedera pactaque sale et mensa sancita violasset. Origenes Lib. II. contra Celsum p. 76. ed. Augustan. *Καὶ ὄνειδίζων γε ὁ Πάριος Ἰαμβοποιὸς τὸν Λυκάμβην τὰς μετὰ ἄλας καὶ τράπεζαν συνθήκας ἀθετήσαντα φησὶ πρὸς αὐτόν· Ὁρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν, ἄλας τε καὶ τράπεζαν.* [Rittershus.] Varie interpretantur hoc Symbolum. Laertius VIII, 35. *περὶ τῶν ἀλῶν, ὅτι δεῖ παρατίθεσθαι πρὸς ὑπόμνησιν τοῦ δικαίου. οἱ γὰρ ἄλας πᾶν σῶζουσιν, ὅ τι ἂν παραλάβωσι, καὶ γεγόνασιν ἐκ τῶν καθαρωτάτων, ὕδατος καὶ θαλάττης.* Alii, *amicitiam non esse dirimendam.* Nam sale et mensa amicitia sancitur. Hinc proverbium apud Graecos: *ἄλας καὶ τράπεζαν μὴ παραβαίνειν.* Zenob. Centur. I, 62. ubi vid. Schott. pag. 20. Demostheni etiam ac Chrysostomo *ἀλῶν κοινωγούντες sodales convictoresque* dicuntur, et etiamnum proverbium obtinet: *Ein Maas Salz mit einander essen.* Alii, quia sal mystice sapientiam prudentianque significat, putant, prudentiam hoc Sym-



bolo commendari a Pythagora. Alii tamen, cum frequens sit apud antiquos comparatio salis cum faceto et mordaci quodam lepore, (vide supra annot. ad Demophil. Simil. 19) interpretantur, *in convivis utendum esse jocis et facetiarum urbanitate*, quod vero prorsus abhorret a severitate scholae Pythagoricæ, et plane repugnat praecepto: *Ὀδόντας μὴ καταγνύειν.* [O.]

47. *Ἄρτον μὴ καταγνύειν*] Varias hujus Symboli explicationes affert Laertius VIII, 35. *Ἄρτον μὴ καταγνύειν, ὅτι ἐπὶ ἓνα οἱ πάλαι τῶν φίλων ἐφοίτων, καθάπερ καὶ νῦν οἱ βάρβαροι μὴδὲ διαιρεῖν, ὅς συνάγει αὐτούς. οἱ δὲ πρὸς τὴν ἐν ἄδου κρίσιν οἱ δὲ εἰς πόλεμον δειλίαν ποιεῖν.* ubi vid. Menag. Conf., Jamblich. Vit. Pyth. Cap. XVIII. pag. 186. Kiessl. qui addit: *οἱ δὲ, ὅτι οὐ δεῖ οἰωνὸν ποιῆσθαι τοιοῦτον ἀρχόμενον, καταγνύντα καὶ συντριβόντα.* Dacerius autem No. 24. pag. 242. sic interpretatur: Ne frustulum tantum panis in parvas quadras divisi porrigas pauperibus et egenis, citans Horatii illud I. Epist. XVII. v. 49.

*Et mihi dividuo findetur munere quadra.*

ita ut Pythagoras hoc Symbolo discipulos suos, ab avaritia dehortans idem fere monuerit, quod Salomo praecepit Ecclesiast. Cap. XI. v. 1. *Ἀπόστειλον τὸν ἄρτον σου ἐπὶ πρόσωπον τοῦ ὕδατος ὅτι ἐν πλήθει τῶν ἡμερῶν ἐρήσεις αὐτόν.* Plura vide ap. Gyrald. P. 657 seq. [O.]

48. *Ὀδόντας μὴ καταγνύειν*] Bene Gyraldus: „Mau-  
„nuisse nos puto philosophum hoc Symbolo, ne in quenquam ob-  
„trectantes maledicentesque sinus. Nam et *genuinum frangere*  
„eodem fere modo dixerunt Latini scriptores, v. c. Persius Sat.  
„I, 115.

„ — — — — — *sequitur Lucilius urbem,*

„ *Te, Lupe, te, Muti, et genuinum fregit in illis.*

„ et Horatius *dentem Theoninum* dixit, pro maledico I. Epist.  
„ XVIII, 82.

„ *Dente Theonino cum circumroditur* — — —

„ Et omnino Pythagoram ab omni genere irrisionis et dicterio-  
„ rum abstinuisse testatur post Laertium Suidas in *Πυθαγ.* —  
„ *ἀπειχέτο δὲ καταγέλωτος καὶ πάσης ἀρέσκιας, ὅϊον σκωμμάτων*  
„ *καὶ διηγήματων φορτικῶν.*“ [O.]

49. *Πρὸς τὸν ἥλιον* etc.] Bene exponit Gyraldus: „Non  
„ esse in manifestis rebus et quae in aperto sint repugnandum.  
„ Quid enim sole clarius?“ Paulo aliter Dacerius: Non esse animi  
„ secreta aperienda in publico coram hominibus *ἀμνήτοις.* [O.]

50. *Μὴ δεῖν καθεῦδεν ἐν μεσημβρία*] Eo enim tem-  
pore lux clarissima et maxima solis vis est. Dixit itaque Pytha-





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





Tabularum, Leges vetuerunt Romanis: *Rogum ascia ne posito.* [O.]

57. *Τοῖς μὲν οὐρανίοις* etc.] Haec pertinent ad numerorum doctrinam Pythagoreorum, quibus numerus impar (in primis, ternarius), qui dividi non poterat, visus est perfectior et deorum coelestium majestati convenientior. [*Dacer.*] Plura vide ap. Gyrald. [O.]

58. *Μὴ σπένδειν θεοῖς* etc.] De hoc et sequenti Symbolo Plutarchus in Numa Cap. XIV. (p. 172. ed. Hutten.): *ταῦτα δύο σύμβολα τὴν γῆς ἐξημέρωσιν ἔοικε διδάσκειν, ὡς μύριον εὐσεβείας οὖσαν.* Gyraldus autem putat, docere philosophum, ut actiones nostras diis immortalibus purgatas offeramus. [O.]

59. *Προσκυνεῖν περιστρεφόμενος*] Plutarchus l. I. ἡ δὲ περιστροφή τῶν προσκυνούντων λέγεται μὲν ἀπομίμησις εἶναι τῆς τοῦ κόσμου περιφορᾶς· δόξη δ' ἂν μᾶλλον ὁ προσκυνῶν, ἐπεὶ πρὸς ἕω τῶν ἰσρῶν βλέπόντων ἀπέστραπται πρὸς τὰς ἀνατολάς, μεταβάλλειν ἑαυτὸν ἐνταῦθα, καὶ περιστρέφειν ἐπὶ τὸν θεόν, κύκλον ποιῶν καὶ συνάπτων τὴν ἐπιτελείωσιν τῆς εὐχῆς δι' ἀμφοῖν. εἰ μὴ νῆ Δία τοῖς Αἰγυπτίοις τροχοῖς αἰνίττεται τι καὶ διδάσκει παραπλήσιον ἢ μεταβολὴ τοῦ σχήματος, ὡς οὐδενὸς ἐστῶτος τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ὅπως ἂν στρέφῃ καὶ ἀνελίττη τὸν βίον ἡμῶν ὁ θεός, ἀγαπᾶν καὶ δέχεσθαι προσῆκον. An Saliorum apud Romanos et hodiernorum quorundam monachorum apud Turcas (*les Dervis*) saltationes inque gyrum celerrimae rotationes tale quid sibi velint, alii viderint. [O.]

60. *Καθεῖσθαι προσκυνήσοντα*] Plutarchus ibid. τὸ δὲ καθέζεσθαι προσκυνήσαντας οἰωνισμόν εἶναι λέγουσι τοῦ βεβαιότητος ταῖς εὐχαῖς καὶ διαμονὴν τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιγίνεσθαι. λέγουσι δὲ καὶ πράξεων διορισμόν εἶναι τὴν ἀνάπαυσιν· ὡς οὖν τῇ προτέρᾳ πράξει πέρασ ἐπιτιθέντας καθέζεσθαι παρὰ τοῖς θεοῖς, ἵνα ἑτέρας πάλιν ἀρχὴν παρ' ἐκείνων λάβωμεν. δύναται δὲ καὶ τοῦτο τοῖς εἰρημένοις ὁμολογεῖν, ἐθίζοντος ἡμᾶς τοῦ νομοθέτου μὴ ποιεῖσθαι τὰς πρὸς τὸ θεῖον ἐντεύξεις ἐν ἀσχολίᾳ καὶ παρέργως, οἷον σπεύδοντας, ἀλλ' ὅταν χρόνον ἔχωμεν καὶ σχολὴν ἄγωμεν. *Dacerius*, ut edidi, habet *προσκυνήσοντας*: apud Plutarchum vero est *προσκυνήσαντας*. Utro modo legamus, *praeceptum Pythagora dignissimum exit, vel ante rem sacram faciendam, vel post illam peractam quietus esto et meditabundus ac sedatis affectibus.* [O.]

62. *Ὅταν βροντᾶ, γῆν θίγειν*] Monet philosophus, ut memores simus mortalitatis et nostrae originis. Etenim cum coeli porta tonat, ut ait poeta, signum est futurae tempestatis. Ergo instantibus signis, irae coelestis terram tange, et te mortalem



memineris. [Gyrald.] Vel etiam: *Irato rege vel principe et increpante offendens se ipsum submittat.* [Stanlej.]

63. "Εν, δ'ὄ] Reuchlinus Symbolum hoc ait de rerum principiis commodissimum. Quid enim citius occurrit res singulas intuentibus, quam *unum* et *duo*, cum causas et originem universorum scrutari voluerimus. Legimus praeterea, Zaretam, Pythagorae praeceptorem, *unum* et *duo* per nomina propagationis pronuntiare consuevisse, *unum*, id est ἕνα, patrem appellando, et *duo* matrem, Plutarchi testimonio. Quin etiam prisci illi Ζῆνα, id est Jovem, *unum* et "Ηραν vel Junonem *duo* vocabant, quod et Phurnutus (de Nat. Deor.) observavit. Symbolum igitur: *Unum, duo*, ad naturae principia pertinebit. [Gyrald.] De duobus principiis, *deo* et *materia*, dictum intelligit Dacerius. [O.]

64. Μὴ ἐσθίειν ἀπὸ δίφρου] Si v. ἀπὸ δίφρου *ex curru* interpretemur, sensus erit, cibum quiete capiendum: sin autem (quod magis placet Oleario ad Stanlej. pag. 798.) *e sella*, significabit, *negotii ubi instat tempus, non otio esse indulgendum.* [O.]

65. Φοίνικα μὴ φυτεύειν] Duplicem hujus Symboli, quod reliqui intactum reliquerunt, interpretationem affert Dacerius, aut: *Laborem inutilem ne suscipias*, quia scil. palma solummodo ubi sponte nascatur fructus ferat, nullos autem, ubi fuerit transplantata; aut etiam: *Cave tibi ab illis, quae primo quidem ad spectu jucunda videntur aut palato dulcia sunt, at vero corpori nocent, vel, cum illis usus fueris, damnum afferunt.* Nam palmae fructum, inprimis vinum ab eo expressum, capiti nocere testatur Xenophon Anab. II. Cap. III, 15. Καὶ ἦν παρὰ ποτὸν ἠδὲ μὲν (scil. χρῆμα), κεφαλαλγῆς δέ. ubi Schneider. V. Cl. citat Dioscorid. I, 148. et Plin. XXXIII, 4. [O.]

66. Φυτὸν ἡμερον etc.] Addit Laertius: ἄλλὰ μηδὲ ζῶον, ὃ μὴ βλάπτει ἀνθρώπου. Interpretantur nonnulli: *Innoxio ne noceras*; sed praecceptum est de arboribus frugiferis non laedendis. [O.]

67. Ἐχεμυθίαν ἀσκεῖν] De silentio, ἔχεμυθία, Pythagoreorum res nota. Vide inprimis A. Gell. Noct. Att. Lib. I. Cap. I. [O.]

68. Ἰχθύων μὴ γεύεσθαι] Hoc ad silentium refertur a nonnullis, v. c. Eustathio ad Odys. M. pag. 1720. ed. Rom. Sunt alii qui dicant, propterea pisces vetari a Pythagora, quia in sacrificiis non adhibeantur. Plura vide ap. Gyrald. [Stanlej.]

69. Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν] Clemens Alexandr., cui uni hoc Symbolum debemus, ita explicat Strom. V. p. 559. Ἐπὶ γῆς μὴ πλεῖν Πυθαγόρειον ἐστὶ σύμβολον. δηλοῖ δὲ τὰ τέλη καὶ τὰ ὅμοια



τῶν μισθωμάτων, ταραχώδη καὶ ἄστατα ὄντα, παραιτεῖσθαι δεῖν. διὰ τοῦτό τοι ὁ λόγος τοὺς τελώνας λέγει δυσκόλως σωθήσεσθαι. [O.]

70. Τὸν δεξιὸν ὑποδεῖσθαι πρότερον] Vide supra Symb. 19. Εἰς μὲν ὑπόδησιν τὸν δεξιὸν πόδα προπάρεχε, εἰς δὲ πόδιον πτρον τὸν εὐώνυμον. et quae ibi observavimus. [O.]

71. Οὐδὲ εἰς περιῶραντήριον etc.] Pateor, me haec non intelligere. At si inverso ordine legamus: Οὐδὲ εἰς βαλανεῖον ἐμβάπτειν, οὐδὲ ἐν περιῶραντηρίῳ λούεσθαι, sententia exhibit viro sapiente digna: Quocunque scil. instrumento utendum esse ad usus ipsi convenientes, non autem ad alienos. [O.]

25. *quia non invenies: nam omne*] Sic Gale et  
 Fuchte. Siber. *quia non invenies, quia omne*, Erasm. *quia nec*  
*invenies, quia omne.* [O.]



*a digniore*] Sic Gale et Fuchte. Erasm. *a meliore*. Siber. *a meliori*. [O.]

*Quis ergo est, qui nomen imposuit deo*] Pulcherrimus est in eandem sententiam Arnobii locus adv. Gentes Lib. I. Cap. XXXI. pag. 21. ed. nostr. *O maxime, o summe rerum invisibilium procreator, o ipse invisus, et nullis unquam comprehense naturis ————— infinitus, ingenuus, immortalis, perpetuus, solus, quem nulla delineat forma corporalis, nulla determinat circumscriptio, qualitatis expertus, quantitatis, sine situ, motu et habitu, de quo nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum: qui ut intelligaris, tacendum est, atque, ut per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino mutiendum.* [O.]

*Deus autem non nomen est deo*] His verbis Erasm. et Siber. incipiunt novam Sententiam legentes *de deo*. [O.]

26. *Nihil ergo de deo* etc.] Haec verba pertinent ad praecedentem sententiam, cum qua tanquam conclusionem recte illa conjunxerunt Erasmus et Siber. [O.]

27. *Deus sapiens* etc.] Non hic Pythagoras, sed Joannes ὁ ἐπιστήθιος loquitur. I. Joh. I, 5. *Αὕτη ἐστὶν ἡ εὐαγγελία, ἣν ἀκηκάσαμεν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγγέλλομεν ὑμῖν, ὅτι ὁ θεὸς φῶς ἐστὶ, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ ἐστὶν οὐδεμία.* et Jac. I, 17. *Παρ' ᾧ οὐκ ἐστὶν παραλλαγή ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα.* [Siber.] Sed vide quae observavimus supra ad Secund. Sent. 3. [O.]

*non capax*] Sic Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *incapax*. [O.]

28. *Quaecunque fecit deus* etc.] Sic Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siberus: *Quaecunque autem deus fecit, pro hominibus ea fecit.* [O.]

29. *Angelus minister est dei ad hominem*] Sententia Paulina Hebr. II, 24. *Οὐχὶ πάντες εἶσι λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν.* Neo-Platoniorum et Pythagoreorum dogmata de angelis attingit Porphyrius ad Marcellam Cap. XXI. ubi vide quae observabimus. [O.]

31. *Primus beneficus est deus* etc.] Graeca Sexti verba ab Origene servata (Contra Cels. Lib. IV. pag. 179. ed. Spencer.) existimat Siberus, ubi (nullo tamen allegato auctoris nomine) haec leguntur: *Τάχα δέ τινῶν παρήκουσεν ὁ Κέλσος, ὅτι ὁ θεὸς ἐστὶν καὶ μετ' ἐκείνον ἡμεῖς* etc. [O.]

*Vive igitur ita, tanquam qui sis*] Ita Gale et



Fuchte. Erasmus: *Vige igitur ita, tanquam qui sis. Siberus: Vive igitur tanquam is, qui sis.* [O.]

32. *Habes, inquam, in te* etc.] Non sacros tantum scriptores (v. c. Paulum I. Cor. III, 16. VI, 19. II. Cor. VI, 16.), sed et ipsos Pythagoreos ita loquutos docet nos Porphyrius ad Marcellam Cap. XI. init. λέγει δὲ ὁ λόγος πάντη μὲν καὶ πᾶσι παρεῖναι τὸ θεῖον· νεῶν δὲ τούτῳ παρ' ἀνθρώποις καθιερωσθαι τὴν διάνοιαν μάλιστα τοῦ σοφοῦ μόνην, τιμὴν τε προσήκουσαν ἀπονεμεσθαι τῷ θεῷ ὑπὸ τοῦ μάλιστα τὸν θεὸν ἐγνωκότες· τοῦτον δὲ εἶναι εἰκότως μόνον τὸν σοφὸν, ὃ τιμητέον διὰ σοφίας τὸ θεῖον, καὶ κατακοσμητέον αὐτῷ διὰ σοφίας ἐν τῇ γνώμῃ τὸ ἱερόν, ἐμψύχῳ ἀγάλματι τῷ νῷ ἐνεικονισαμένου ἀγάλλοντα . . . et Cap. XIX. Σοὶ δὲ, ὡσπερ εἴρηται, νεῶς μὲν ἔστω τοῦ θεοῦ ὃ ἐν σοὶ νοῦς. Conf. Demophil. Sent. 45. Alia veterum scriptorum idem affirmantium loca citavit Wetstenius ad locum Paulinum N. Test. Tom. II. pag. 111. Post hanc Sententiam in Editt. Erasmi et Siberia legitur, quae desideratur apud Galeum et Fuchte, consulto, ut mihi quidem videtur, omissa a librariis Anti-Pelagianis, haec scilicet: *Libertatem arbitrii sui permisit deus hominibus, sine dubio, ut pure et sine peccato viventes similes fiant deo.* Cujus contrarium dogma de fato et necessitate non res tantum externas, sed actiones etiam et cogitationes hominum adeoque futurae vitae sive felicitatem sive infelicitatem moderante (sive, ut deinceps Augustini asseclae aliis verbis idem significabant de gratia dei particulari et absoluto decreto sive praedestinatione electorum ad vitam aeternam, reprobatorum vero ad mortem) acerrime impugnat doctissimus Patrum Eusebius in Praeparat. Evangél. Lib. III. Cap. VI. p. 242. ed. Viger. Colon. his verbis: *Εἰ γὰρ ἄστροις καὶ εἰμαρμένῃ οὐ μόνον τὰ ἐκτός, ἀλλὰ καὶ τὰς κατὰ λογισμὸν προθυμίας ἀναθετέον, καὶ τις ἀπαραίτητος ἀνάγκη τὰς ἀνθρωπίνας ἐκβιάζεται γνώμας, οἰχήσεται σοὶ φιλοσοφία, οἰχήσεται καὶ εὐσέβεια· οὐδέ τις ἦν τοῖς σπουδαίοις ἔπαινος ἀρετῆς, οὐδέ τις θεοφιλία, οὐδέ τις ἐν ἀσκήσει πόνον καρπὸς ἐπάξιος, ἀνάγκης καὶ εἰμαρμένης τὴν αἰτίαν πάντων ἀνάδεεγμένης.* quem locum apposite citat Siberus. [O.]

33. *Reveretur vitam tuam mundus* etc.] Conf. Matth. V, 19. II. Petr. II, 12' [Siber.]

34. *cruciabit malus daemon* etc.] Ita de diabolo scilicet, quanquam falsissime, interpretati sunt haud pauci Ecclesiae Patres verba divini Soteris ap. Matth. V, 25. μήποτε σε παραδῶ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ etc. in his cum Pseudo-Sexto nostro vel potius Rufino, etiam Hieronymus Comment. ad Matth. Lib. I.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





44. *Sat age*] Erasmus et Siber. *Satis age*, et sic deinceps, quoties occurrit h. v. quod semel monuisse sufficiat. [O.]

45. *erga indigentes*] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *apud indigentes*. [O.]

47. *Omne tempus, quo*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *Omne tempus, in quo*. [O.]

49. *quae sint bona*] Sic Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *quae sunt*. [O.]

51. *et age omnia*] Sic correxit Gale. Reliqui omnes *et agere omnia*, quod videtur scripsisse Rufinus sic vertens infinitivum in Graeco exemplari loco imperativi positum. [O.]

52. *Quod deum patrem vocas etc.*] Petri Apostoli verba exprimit I. Petr. I, 17. *Καὶ εἰ πατέρα ἐπικαλεῖσθε τὸν ἀπροσ-ωπολήπτως κρίνοντα κατὰ τὸ ἐκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροικίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε*. [Siber.]

54. *Bona mens etc.*] Graeca Sexti verba vide supra in Demophili Sent. 45 [O.]

55. *Mala mens chorus est daemonum malorum*] Perperam interpretatus videtur Rufinus Graeca Sexti Pythagorei verba, quae servavit nobis Porphyrius ad Marcell. Cap. XXI. init. *ὅπου δ' ἂν λήθῃ παρεσέλθῃ θεοῦ, τὸν κακὸν δαίμονα ἀνάγκη ἐνοικεῖν. χώρημα γὰρ ἢ ψυχῆ ἢ θεῶν ἢ δαιμόνων*. ubi, ut et in praecedenti Sententia, pro *χώρημα*, *habitatio*, *locus quem quis occupat*, legisse videtur *χορεῖον* vel (quae autem nulla est Graeca vox) *χόρημα* et accepisse de loco, ubi saltant, tripudiant mali daemones, *Tanzplatz, Tummelplatz der bosen Geister*. Male. [O.]

57. *Certum est enim etc.*] Huc pertinent Pauli verba Gal. VI, 3. *Εἰ γὰρ δοκεῖ τις εἶναι τι μὴ ὦν, ἑαυτὸν φρεναπατᾶ*. [Siber.] Haec verba Erasmus et Siberus tanquam novam sententiam dirimunt ab antecedentibus. [O.]

59. *Nequaquam latebis etc.*] Vide supra Thaletis Aphthegm. 12. ap. Lyc. [O.]

60. *Vir sapiens castus erit deo*] Si textus Graecus praesto esset, scribi posset, an Rufinus castitatis vocabulo recte usus fuerit. Nos putamus, Graecum scriptorem aut *τῆς ἀγνότητος* aut *ἀγιότητος* vocem adhibuisse: non quasi a matrimonio pium hominem arcuerit, sic enim nemo Christianus esse posset, nisi caelebs, sed ut eam notet sanctitatem, quae unumquemque a deo eruditum et sapientia divina imbutum decet. Talis est enim illa castitas, quam I. Petr. I, 15. et omnes ceteri Apostoli imperarunt, subque variis imaginibus descripserunt. [Siber.]

61. *spurcutiem*] Sic Paris. Gale, Fuchte. Erasmus autem



et Siberus *spurcitiā*, qui putat, scriptorem Graecum usum fuisse vel ἀκαθαρσίας vel βδελύγματος vocabulo. [O.]

62. *Semper de bonis loqui stude*. Paulum sequitur Eph. IV, 29. Πᾶς λόγος σαρκὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω· ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χριστίας, ἵνα δώῃ χάριτα τοῖς ἀκούουσιν. Conf. Col. IV, 6. [Siber.]

63. *Libidinem vince* etc.] Haec verba, quod vel Siberus vidit; petita videntur ex auréo Carmine Pythagoreorum v. 9.

— — — — — κρατεῖν δ' εἰδίξο τῶνδε,  
Γαστροῦ μὲν πρῶτιστα καὶ ὕπνου λάγνείης τε  
Καὶ θυμοῦ etc.

Similia tamen Christianis praecipit Petrus Apostolus II. Pet. II, 11. [O.]

65. *Deliciarum finis corruptio*] Depromsit ex Paulo Gal. VI, 8. Ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἑαυτοῦ, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν. Conf. Ephes. IV, 22. [Siber.]

66. *Non verbum*, etc.] Similis Demophili Sententia 26. Conf. Caim. aur. Pyth. v. 27. et seqq. [O.];

67. *quia, quot vitia* etc.] Graeca Sexti Pythagorei verba habes in Demophili Sent. 31. [O.]

69. *Acquire possessionem animae firmam, virtutem* etc.] Sic Gale et Fuchte. Melius cum Erasmo Siberus: *Acquire possessionem firmam, animae virtutem*. Simile praecipuum vide supra in Pythagoreorum Sententiis No. 16. cum quo conferre juvat divi Salvatoris verba Matth. VI, 19. [O.]

70. *Renuntia*] Conf. I. Joh. II, 15. [Siber.]

73. *Dum optima quaeque abieceris praedia* etc.] Conf. divini Salvatoris verba Matth. XIX, 29. Marc. X, 29. Luc. XVIII, 29. [Siber.] Post hanc Sententiam duas alias habent editi. Erasmi et Siberi, quae desunt in Paris. Lugd. Gale, Fuchte, primam: *Qualis vis esse apud deum, jam nunc esto talis*, quae autem videtur nihil aliud esse nisi varians lectio Sententiae 72. alteram: *Dum distribuieris ea, quae mundi sunt, et ea despice, tanquam sciens esse praeter deum*, quae postrema verba Siberus explicat νοσφιζόμενα ἀπὸ τοῦ θεοῦ, aliena prorsus et segregata a deo et rebus divinis. Mihi locus videtur corruptus et mutilus, sic forte supplendus: *tanquam sciens, esse nihil boni praeter deum*. [O.]

74. *Lingua, mali loqua* etc.] Γλώσσα βλάσφημος διαβολίας κακῆς ἔλεγχος habent ex Plutarcho Antonius Meliss. et Maxim. Serm. περὶ ψόγου καὶ διαβολῆς p. 258. ed. C. Gesner. Francofurt. [O.]



75. *Insucesce linguam tuam etc.*] *Nóμιζε* (inquit Porphyrius ad Marcellam Cap. XV.) *αίρετώτερον εἶναι σιγᾶν, ἢ λόγον εὐκῆ προέσθαι περὶ θεοῦ.* [O.]

*cum de deo fit sermo*] Ita Paris. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. *cum de deo sermo sit.* [O.]

76. *Nocere deo nemo potest*] Ita Paris. Lugd. Gale, Fuchte. Siberus autem cum Erasmo: *Male quidem deo facere nemo potest*, additque hanc novam Sententiam: *Impius autem est, qui blasphemat, hoc enim solum quod potuit fecit.* Sensus est: hoc enim solum facere potest, blasphemare, non autem nocere deo. [O.]

77. *Impius in deum maledicus etc.*] Non habent hanc sententiam Erasmus et Siber. [O.]

78. *Fundamentum pietatis est continentia*] Si haec e Pythagoreis hausta, Sexti verba erant: *Κρηπὶς εὐσεβείας ἢ ἐγκράτεια.* Nam simillima Sententia apud Porphyr. ad Marcell. extrem. *Κρηπὶς εὐσεβείας σοι νομιζέσθω ἢ φιλανθρωπία.* [O.]

*amor dei*] Sic Gale et Fuchte. *amicitia est apud deum* Erasm. et Siber. [O.]

80. *Opta tibi evenire etc.*]

*Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλά καὶ εὐχομένοις καὶ ἀνεύκτοις*

*ἄμμι δίδου, τὰ δὲ δεινὰ καὶ εὐχομένοις ἀπαλέξιν,*

est precum formula apud Platon. Alcib. II. p. 143. ed. H. Steph. [O.]

81. *Qualem vis esse proximum tuum tibi etc.*] Hoc magnum illud est D. Servatoris oraculum Matth. VII, 12. Sed ante Christum Isocrates ad Nicoclem et ad Demonium et Aristoteles eodem sunt usi. [Siber.]

82. *Quae culpas, facere noli*] Thaletis Sententia apud Diog. Laert. I. §. 36. *ἂ μὴ δεῖ ποιεῖν, μηδ' ὑπονοοῦ ποιεῖν.* Sic et Isocrates ad Demonium Sent. 14. *Μάλιστα δ' ἂν εὐδοκίμοις, εὐφαινοῖο ταῦτα μὴ πράττων, ἂ τοῖς ἄλλοις, ἂν πράττωσιν, ἐπιτιμώης.* et Dionys. Cato Distich. I, 30.

*Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse.*

*Turpe est doctori, quum culpa redarguit ipsum.* [O.]

83. *Nulli suadenti acquiescas etc.*] Paululum immutata Pythagoreorum Sententia in Aur. Carm. v. 25 seq.

*Μηδεις μήτε λόγῳ σε παρέιπῃ, μήτε τι ἔργῳ*

*Ποῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βέλτερόν ἐστι:* [O.]

84. *Quod deus tibi dat etc.*] Est Demophilus Sent. 1. *Ἄωρον γὰρ θεοῦ ἀναφαίρετον.* [O.]

85. *Delibera etc.*] Graeca Sexti verba servavit Demophilus Sent. 5. [O.]





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



102. *Non cibi* etc.] Divini Salvatoris effatum Matth. XV, 11. [O.]

103. *polluit te*] *te* addidi ex Erasmo et Siber. [O.]

104. *Multitudini placere ne satagas*] *Ἐν λεωφορῶ μὴ βαδίζειν* praecipit Symbolum Pythagoricum. Confer tamen et loca biblica I. Thess. II, 4. Gal. I, 10. Eph. VI. [Siber.]

106. *Mali nullius* etc.] Graeca Sexti verba vide supra in Pythagoreorum Sentent. 13. Sic et Porphyrius ad Marcell. Cap. XXIV. init. *κακῶν ἀνθρώπων οὐδεὶς* (legendum videtur *οὐδενός*) *θεὸς αἴτιος*. [O.]

107. *Non amplius possideas* etc.] Eadem profecto Paulus dixit I. Timoth. VI, 8. *Ἐχοντες διατροφὰς καὶ σκεπάσματα τούτοις ἀρκεσθησόμεθα*. [Siber.] Similia Pythagoreorum praecpta colligit Porphyrius ad Marcell. Cap. XXIX. et XXX. [O.]

108. *Aurum* etc.] Simillimum D. Soteris dictum Matth. XVI, 26. *Τί γὰρ ὠφελείται ἄνθρωπος, εἰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῆ; ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ;* Conf. I. Petr. I, 18. et Ezech. VII, 19. [Siber.]

*de malis*] Erasmi. et Siber. *e malis*. [O.]

109. *In deliciis corporis positus certum est quod ignores illa* etc.] Verba Graeca fuisse videntur: *Ἀδεδεμένος ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς δηλονότι ἀγνοεῖς*. quae ita barbare ad verbum reddidit Rufinus. Erasmi. et Siber. *quia ignoras illa* etc. [O.]

112. *Magnanimus esse stude*] Nempe adversus mala (ut bene Siber.). Pertinent haec quodammodo ad praecedentem Sententiam. [O.]

113. *Ea quae contemnes, si recte laudaris*] Ita Lugd. Par. Gale. Erasmus autem, Siber. et Fuchte: *Ea quae si contemnes, recte laudaris*. Utrumque bonum, sed prius praefero. [O.]

114. *In quibus probabiliter* etc.] His verbis Erasmus et Siberus novam inchoant Sententiam. *probabiliter*, i. e. *laudabiliter*, ita, ut laude dignus sis, *auf eine lobliche, anständige Weise*. [O.]

114. *Haec posce a deo* etc.] *Ἐνκατὰ τὰ ἄξια, θεοῦ* sententia est apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XII. [O.]

115. *Ratio, quae in te est* etc.] Graeca Sexti verba, ni fallor, servavit nobis idem Porphyrius ad Marcell. Cap. XXXIV. *Ἡγίσθω τοίνυν πάσης ὁρμῆς ὁ λόγος*. [O.]

*lux esto*] Ita Gale et Fuchte. At legendum sine dubio *dux esto*. Vide Porphyrii verba modo allata. Erasmi. et Siber. *vitae*



*tuas ipsa sit lex.* [O.] Idem aliis verbis praecipit, Hierocles ad Aur. Carm. p. 126. Λόγῳ δὲ ὀρθῶ πείθεσθαι καὶ θεῶ ταυτόν ἐστι. et pag. 188. Τοῦτον ἐπίτροπον ἡμῖν ὁ θεὸς ἐπέστησε· τοῦτον παιδαγωγόν. [Siber.]

116. *Ea pete a deo etc.*] Porphyrius ad Marcell. Cap. XII. αἰτώμεθα, ἃ μὴ λάβοιμεν ἂν παρ' ἑτέρου. [O.]

117. *In quibus praecedere debet labor etc.*] Graeca Sexti verba habes apud Porphyrium l. I. καὶ ὧν ἡγεμόνες οἱ μὲν ἀρετῆς πόνου, ταῦτα εὐχόμεθα γενέσθαι μετὰ τοὺς πόνους [O.]

118. *Oratio vel vota pigris*] Porphyrius l. I. Εὐχὴ γὰρ φαθόμοι μάταιος λόγος, quae ipsissima sunt Sexti verba. [O.]

119. *Non oportet contemnere etc.*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *contemni.* [O.]

*post depositionem*] Ita rescribendum esse cum Erasmo et Sibero pro *post dispositionem*, docent ipsius Sexti Graeca verba servata a Porphyrio ad Marcellam Cap. XII. Ὡν τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴ οὐ δεηθήσῃ, ἐκείνων καταφρόνει· καὶ ὧν ἂν ἀπαλλαγὴ δέῃ, εἰς ταῦτα σὺ ἀσκούμενος θεὸν παρακάλεῖ γενέσθαι συλήπτορα. [O.]

*egemus*] Erasm. et Siber. *indigemus.* [O.]

120. *Non petas a deo etc.*] Graeca Sexti verba lege apud Demophil. Sent. I. init. Aliis verbis idem praecipit Porphyrius ad Marcell. Cap. XII. Δεήσῃ οὐδενὸς ὧν καὶ ἡ τύχη δοῦσα πολλάκις πάλιν ἀφαιρεῖται. [O.]

125. *Quicquid non convenit ad beatitudinem dei*] Haec fateor me non intelligere. Num deum beatum dicit, quia nullius rei indiget? Vide Porphyr. ad Marcell. Cap. XI. [O.]

128. *Donec in desideris est curò etc.*] Graeca Sexti verba debemus iterum Porphyrio adv. Marcellam Cap. XIII. ἐφόσον τις τὸ σῶμα πόθει καὶ τὰ τοῦ σώματος σύμφυλα, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγνοεῖ θεόν. [O.]

130. *Ex sui ipsius amore etc.*] Ita Gale et Fuchte. Aliter Erasmus et Siber. *Dum semet ipsum quis amplius diligit, inde injustitia.* [O.]

131. *Corpus animae molestum*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte Erasmus autem et Siber. ita: *Naturaliter parum quidem corpus molestum est animae: luxuria vero facit (Siber. fecit) corpus intolerabile.* [O.]

133. *Qui amat, quod non expedit etc.*] Idem sonat D. Salvatoris dictum Matth. VI, 24. [Siber.]

135. *latsbunt eum*] *eum* bene addunt Erasmus et Siberus. [O.]



136. *Sēp̄er̄ apud deum* etc.] Ψυχὴ σοφοῦ σύνεστιν ἀεὶ θεῷ ipsius sunt Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. [O.]

137. *Sāpientis mentem* etc.] Graeca Sexti verba vide supra in Demophilī Sent. 45. cum quibus conferenda loca biblica Joh. XIV, 13. II. Cor. VI, 16. II. Tim. I, 14. [O. et Siber.]

138. *Inexplebilis est omnis cupiditas* etc.] Ecclesiast. IV, 8. οὐκ ἔστι περασμὸς ἐν παντὶ μόχθῳ αὐτοῦ καὶ γε ὄφθαλμὸς οὐκ ἐμπίμπλαται πλούτου. et Cap. III, 9. Ἀγαπῶν ἀργύριον οὐ πλησθήσεται ἀργυρίου etc. [Siber.]

140. *Sufficit ad beatitudinem* etc.] Haec manifesta delibatio verborum Christi Joh. XVII, 3. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ αἰώνιος ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, καὶ ὃν ἀπέστειλας, Ἰησοῦν Χριστόν. [Idem.]

141. *Malis qui adulatur* etc.] Castigationem malorum hominum maxime necessariam esse Philosophi agnoverunt: Pythagorei, ut in Sententiis hisce a Stobaeo servatis Serm., περὶ κολακείας. — Χαῖρε τοῖς ἐλέγχουσι σε μᾶλλον ἢ τοῖς κολακεύουσιν, ὡς δ' ἐχθρῶν χεῖρον ἐκτρέπου τοὺς κολακεύοντας. et: Ὡσπερ σωματικὸν πάθος οὐ κρυπτόμενον οὐδὲ ἐπαινούμενον ὑγιάζεται, οὕτως οὐδὲ ψυχὴ κακῶς φροουμένη καὶ συναγορευομένη θεραπεύεται. [Id.] Vide supra in Simil. Socrat. et Sent. Pythag. [O.]

142. *Intolerabilis* etc.] Graeca verba dedimus supra in Democrit. Fragm. 128. [O.]

143. *Lingua tua* etc.] Porphyrius ad Marcell. Cap. XIV. init. Τῇ δὲ ψυχῇ τῇ θεοφιλεῖ καὶ τῷ θεοφιλεῖ νῶ ἐν τῷ καθάρῳ σώματι ἔστωσαν καὶ πράξις ἀκόλουθος καὶ λόγος. [O.]

144. *Melius est* etc.] Initium Sententiae graecae supra dedimus in Simil. Socr. et Pythag. 104. Habent etiam Porphyrius ad Marcell. Cap. XIV. et Nilus Sent. 2. Media verba, *Delibera antequam dicas*, graecae expressa lege sis in Demophilī Sent. 5. Ceterum Erasmus et Siberus hanc Sententiam in tres dispartunt. [O.]

146. *Brevis* etc.] Βραχὺς ὁ λόγος τῆς ἀληθείας ἔφν. et: Βραχεῖ λόγῳ δὲ πολλὰ πρόσκειται σοφά. quod Sophoclis dictum citat Stobaeus Serm. περὶ Βραχυλογίας. [O.]

147. *Indicium imperitiae* etc.] Sic Ecclesiast. Cap. X. Ὁ ἄφρων πληθύνει λόγους, ὁ πλεονάζων ἐν λόγῳ μισηθήσεται. [O.]

149. *Mendacio tanquam veneno utere*] Platō de Republ. (Lib. III. Cap. III.) τῶ ὄντι θεοῖς μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον ὡς ἐν φαρμάκου εἶδει. δῆλον, ὅτι τό γε τοι-





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





173. *Vindictam exercens*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *Et vindicans homines.* [O.]

175. *Levius est omne vulnus etc.*] Ἐίφους πληγὴν κουφοτέρα γλώσσης· τὸ μὲν γὰρ σῶμα, ἢ δὲ τὴν ψυχὴν τιτρώσκει, habuimus supra in Sent. Pythag. [O.]

176. *non autem deum*] Erasm. et Siber. *non tamen deum.* [O.]

177. *culparis*] Ita Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *vindicaris.* [O.]

179. *Fidelis esse magis etc.*] Ἀγαθὸν εἶναι (μᾶλλον) χρηρῆ, ἢ μιμεῖσθαι, habuimus supra in Democrat. Sent. 5. [O.]

182. *Neminem propterea magni aestimes etc.*] Ita Paris. Lugd., Gale et Fuchte. Aliter Erasm. et Siber. *Neminem propterea honores, quia multas habeat pecunias.* [O.]

183. *Difficile est divitem salvari*] Divini Soteris, effatum Matth. XIX, 23. de quo peculiaris dissertatio exstat Clementis Alexandrini, novissime edita et doctissimo commentario illustrata a Carol. Segario. Ultrajecti 1816. 8. [O.]

184. *Derogare viro sapienti etc.*] Videtur quidem haec Pythagorica Sententia, cui tamen ex parte respondet D. Salvatoris dictum Luc. X, 16. Ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς ἐμὲ ἀθετεῖ; ὁ δὲ ἐμὲ ἀθετῶν ἀθετεῖ τὸν ἀποστειλάντά με. quod apposite citat Siber. [O.]

*ac deo*] Erasm. et Siber. *et deo.* [O.]

185. *animas auditorum*] V. *auditorum*; quam non habent Gale et Fuchte, addidi ex Erasmo et Sibero, qui similia loca citat ex Clemente Alexandr. Strom. VI et VII. ἢ κατὰ τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν σύνεσις παρακαταθήκη. iterum: ἢ γνώσις ἐκ παράδοσεως διαδομένη τοῖς ἀξίους σφᾶς παρεχομένοις οἷον παρακαταθήκη ἐγχειρίζεται. [O.]

186. *te decere putato*] Ita Gale et Fuchte, probante Sibero, qui citat Antonin. Lib. XII. §. 7. Εἰ μὴ καθήκη, μὴ πράξης. et magis apposite Sententiam Pythagoricam: Ἐλοῦ βίον ἄριστον. Erasm. *te dicerè putato.* [O.]

187. *Age magna etc.*] Graeca Sexti verba vide supra ap. Demophil. Sent. 37. [O.]

188. *Non eris sapiens etc.*] Egregie in eandem Sententiam Demosthenes apud Stobaeum Serm. περὶ ὑπεροψίας (pag. 152. ed. C. Gesner. Francof.): Παιδείας τῶν μὲν ἀληθῶς τετυχηκότων οὐδ' ἂν εἰς εἶποι μέγα οὐδὲ περὶ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρονι λέγοντος ἐρυθριάσειεν ἄν· τοῖς δ' ἀπολειφθεῖσι, προσποιουμένοις δὲ, ὑπὸ ἀναισθησίας, τοὺς ἀκούοντας ἀλγεῖν ποιεῖ. Conf. loca biblica



Rom. XII, 16. I. Cor. VIII, 2. II. Cor. X, 12. et XII, 1. Gal. VI, 5. quae citavit Siberus. [O.]

190. *In tribulationibus* etc.] Vide Tob. XII, 13. Jacob. I, 12. I. Petr. I, 6. [Siber.]

192. *Nihil putes malum* etc.] Πᾶθη νοσημάτων ἀρχαί· ἀνομήτης δὲ νόσημα κακία· κακία δὲ πᾶσα αἰσχρόν. legimus apud Porphyr. ad Marcell. Cap. IX. [O.]

193. *Mali finis injuria* etc.] Philosophia Pythagorica eundem mali finem statuisse videtur. Ἄλλο γὰρ κακοδαιμονεῖν ἀνάγκη τὸν κακόν, dicit Archytas Pythagoreus de doctrina morali, et Solon apud Stobaeum Serm. IX. postquam ὑβρίν descripsisset, pergit: ταχέως δ' ἀναμίσγεται ἄτη. Excellens omnino est Hieracis Dissertatio de injuria, qua firmissimis rationibus ostendit, virum injustum sibimet ipsi injuriam inferre: Πᾶς ἄδικος τῆς ἀδικίας πρῶτον γέεται, πρὶν εἰς ἄλλους ἀφιέναι. Stob. Serm. X. Idem integro Capite Siracides executus est, nempe XXI. et Paulus Gal. VI, 8. I. Thess. V, 3. et II. Thess. I, 9. [Siber.]

194. *Non dominatur*] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Aliter Erasm. et Siberus: *Non ascendit passio in cor fidelis.* [O.]

195. *Omnia mala affectio* etc.] Sic Gale et Fuchte. Melius Erasm. et Siber. *Omnia passio animi rationi ejus est inimica. Rationi, i. e. commodo, utilitati, saluti ejus, εἰς σωτηρίαν αὐτῆς.* Graeca verba vide supra in Pythag. Sent. 30. [O.]

196. *animo male affecto*] Erasmus et Siber. *dum in passione est anima.* [O.]

197. *Affectiones pravae*] Erasm. et Siber. *Passiones.* [O.]

199. *Animae autem mors* etc.] In eandem sententiam Salomon Proverb. XI, 9. Τίλοι δικαίων εἰς ζωὴν, διωγμὸς δ' ἀσεβοῦς εἰς θάνατον. et XIII ὁ ἄνους ὑπὸ παγίδος θανεῖται, ὁδοὶ καταφρονούντων ἐν ἀπωλείᾳ. [Siber.]

201. *curator*] Sic Lugd. Gale, Fuchte. Erasm. et Siber. *provisor.* [O.] Ita Siracides IV, 10. Γίνου ὀρφανοῖς ὡς πατήρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῆ μητρὶ αὐτῶν, καὶ ἔσῃ ὡς υἱὸς ὑψίστου, καὶ ἀγαπήσει σε μᾶλλον ἢ μήτηρ σου. Huc pertinent etiam, quae Servator sub oeconomi parabola exhibuit Luc. XII, 14. XVI, 1. et Petrus I. Epist. IV, 10. πρὸ πάντων δὲ τὴν εἰς ἑαυτοὺς ἀγάπην ἐκτενῆ ἔχοντες . . . ὡς καλοὶ οἰκονομοὶ ποικίλης χάριτος τοῦ Θεοῦ. [Siber.]

205. *non poteris*] Fuchte: *non potestis.* [O.]

207. *Omnia sufferto*] Sic Par. Lugd. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. *suffer.* [O.]

208. *Orationem deus non exaudit* etc.] Ipsa pene



sunt Salomonis verba Proverb. XXI, 13. "Ὁς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ τοῦ μὴ ὑπακοῦσαι ἀσθενοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐσακούων. I. Joann. III, 17. Es. I, 15. Jacob. II, 13. Κρίσις ἀνίλεως τῶ μὴ ποιήσαντι ἔλεος. [Siber.]

209. *Sapientia* etc.] Proverb. II, 6. Κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνώσις καὶ σύνεσις. Sirac. I. Πᾶσα σοφία παρὰ κυρίου καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστὶν εἰς τὸν αἰῶνα. Conf. XXXIX, 6. Exod. XXVIII, 13. Deut. XXXIV, 9. I. Reg. IV, 29. Job. XI, 6. I. Cor. I, 2. Eph. I, 8. Col. V, 9. Jac I, 5. [Idem.]

213. *in actibus hoc recordare*] Sic Par. Lugd. Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siber. *in actibus tuis hoc memorare*. [O.]

218. *sapientis*] Erasm. et Siber. *philosophi*, scil. Christiano sensu. Vide infra ad Nil. Sent. 159. [O.]

219. *hi, nisi auxilia et opem in commune conferant*] Ita Paris Lugd. Gale et Fuchte. Aliter Erasmus et Siber. *horum nisi et possessio communis sit*. [O.]

220. *sapientiam*] Erasm. *philosophiam*. Vide ad Sent. 218. [O.]

221. *adhaerens deo*] Post haec verba, quibus clauditur Sententia, Erasmus et Siberus novam Sententiam inserunt, quae in aliis editionibus desideratur: *Nubere et filios procreare pessimum scias utrumque*. Quae verba videtur ipse Rufinus addidisse, quo filiae suae in Christo sorori Apronianae (vide Praefat.), cujus in gratiam hoc Enchiridion latine vertit, matrimonium dissuaderet, illamque adhortaretur ad capessendam vitam coelibem unice Christo dicatam. Deinde verbis: *Si autem tanquam praelium* etc. apud Erasmum et Siber. nova incipit Sententia. [O.]

222. *Adulter est in suam uxorem* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale et Fuchte. Erasmus autem et Siberus: *Adulter etiam propriae uxoris est omnis impudicus, vel amator ardentior*. ex qua lectione hic sensus exit: Qui ardentius, quam par est, amat uxorem suam, vel intemperantius cum illa utitur rebus venereis, cum ipsa quasi adulterium committit. Hancque fuisse Sixti illius sive Xysti Christiani vel ipsius Rufini mentem docent nos duae imitatoris hujus Opusculi, Laurentii Pisani, Sententiae idem significantes, prima (No. 108. pag. 38. ed. Fucht.): *Qui cum uxore miscetur, veluti cum adultera, adulterium facit, et eo gravius peccat, quia sacramentum violat*. altera (No. 327. p. 53.): *Solus continens cum continente Christi matrimonio utuntur: caeteri sub praetextu matrimonii adulterus*. Et eadem plane dicit





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



κνοι τοὺς λαγῶνους οἱ κνηγοί· τοῖς δ' ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ πολλοί. habuimus supra in Simil. Socr. [O.]

233. *Quae gratis accipis a deo etc.*] Servatoris verba sunt Matth. X, 8. δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε. [Siber.]

234. *Multitudinem fidelium non invenies*] Convenit cum D. Salvatoris effato Matth. XX, 16. Πολλοὶ γὰρ εἰσὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. [O.]

*Rarum est enim, quod bonum est*] His verbis novam incipiunt Sententiam Erasmus et Siberus. Compara Juvenalis verba Sat. XIII. v. 26 seq.

*Rari quippe boni: numerus vix est totidem, quot  
Thebarum portae, vel divitis ostia Nili.*

Sic et Sextus Empiricus: Μηδεὶς εὐρίσκεται σοφός, ἢ σπανίως εὐρίσκεται. Plura vide ap. Siber. [O.]

236. *Cum argueris sapientem etc.*] Sententia biblica ducta ex Salomon. Proverb. IX, 15. "Ἐλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε. [Siber.] Post hanc Sententiam Siberus et Erasmus aliam inserunt, quae in aliis editionibus desideratur: *Cum argueris, ut sapiens fias, habe gratiam arguentibus.* [O.]

238. *Fidelis volens esse etc.*] Consentit Clemens Alexandr. in Paedagog. Lib. I. Cap. II. "Ἀριστον μὲν οὖν τὸ μηδ' ὅλως ἐξαμαρτάνειν κατὰ μηδένα τρόπον, ὅ, τι φημὲν εἶναι θεοῦ· δεύτερον δὲ μηδενὸς τῶν κατὰ γνώμην ἐφάσασθαι ποτε τῶν ἀδικημάτων. [Siber.]

239. *Doctrinam etc.*] Vide Porphyr. ad Marcell. Cap. XV. [O.]

240. *Multa velle scire etc.*] Πολυμαθίη νόον οὐ διδάσκει Heracliti est sententia ap. Aul. Gell. Lib. XIX. Cap. ult. Plura vide ap. Siber. Conf. Democrat. Sent. 30. 31. [O.]

242. *illam necessario expete*] Erasm. et Siber. *illam specialiter et necessario expete.* [O.]

243. *Sapiens vir parcit etc.*] Χρόνου φείδου habuimus supra in VII Sapient. Sent. [O.]

244. *Fiduciam etc.*] Παρρησιάζου μετ' εὐλαβείας. [Siber.]

245. 246. *Excrucient te liberi etc.*] Hae duae Sententiae petitaе videntur ex Siracida Cap. XVI. v. 1: 2. Μη ἐπιθύμει τέκνων πλήθος ἄχρηστον, μηδὲ εὐφραίνου ἐπὶ υἱοῖς ἀσεβέσιν. Ἐὰν πληθύνωσιν, μὴ εὐφραίνου ἐπ' αὐτοῖς, εἰ μὴ ἐστι φόβος Κυρίου μετ' αὐτῶν. Μη ἐμπιστεύσῃς τῇ ζωῇ αὐτῶν, καὶ μὴ ἔπεχε ἐπὶ τὸ πλήθος αὐτῶν· κρείσων γὰρ εἰς δίκαιος ἢ χίλιοι, καὶ ἀποθανεῖν ἄτεκνον, ἢ ἔχειν τέκνα ἀσεβῆ. [O.]



247. *Fidelis vir non aegre fert*] Erasm. *Fidelis vir non ingrate fert.* [O.]

*abjectionem liberorum*] i. e. *amissionem.* Videtur autem, ut bene observat Siberus, Graecus collector scripsisse ἀποβολήν, qua voce usus etiam M. Antoninus Lib. I. §. 8. παρά Ἀπολλωνίου τὸ ἐλεύθερον, καὶ τὸ ἀεὶ ὅμοιον ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνου. [O.]

248. *Vivere quidem non est in nobis etc.*] Τὸ ζῆν οὐκ ἐφ' ἡμῖν, τὸ δὲ καλῶς ζῆν ἐφ' ἡμῖν. Erasmus et Siber. ponunt hanc Sententiam post 246. [O.]

249. *sapientiae studiosum*] Erasm. et Siber. *philosophum.* [O.]

250. *Stude communiter etc.*] Paulus ad Galat. VI, 20. Ἔργαζόμεθα τὸ ἀγαθὸν εἰς πάντας. [Siber.]

251. *adversus sapientiae studiosum etc.*] Idem *adversus philosophum.* Siberus comparat verba Pauli I. Tim. V, 19. Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν μὴ παραδέχου etc. [O.]

253. *Si vis cum laetitia etc.*] Alexander Aphrodis. in Topic. Aristot. L. II. p. 84. Ὁ σπουδαῖος οὐκ ἐστὶ πολυπράγμων, et Siracid. Cap. III, 23. Ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου μὴ περιεργάζου· πλείονα γὰρ συνέσεως ἀνθρώπων ὑπεδείχθη σοι. [Idem.]

*In multis enim etc.*] Similiter Aristoteles Polit. Lib. IV. Cap. XV. βέλτιον ἕκαστον ἔργον τυγχάνει τῆς ἐπιμελείας μονοπραματούσης, ἢ πολυπραγματούσης. [Idem.] Erasmus et Siber. haec verba tanquam novam Sententiam separant a praecedentibus. [O.]

254. *Quod non posuisti, ne tollas etc.*] Erasm. et Siber. *non tollas.* Ἄ μὴ ἔθου, μὴδ' ἀνέλου, dixit supra Solon in Apophth. 48. Lyc. [O.]

255. *Relinquens*] Ita Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *Derelinquens.* [O.]

*liber enim eris etc.*] His verbis Erasm. et Siber. novam incipiunt Sententiam. [O.]

257. *Ede citra satietatem*] Non habent Erasm. et Siber. [O.]

259. *Proreficiendo paupere etc.*] Similiter Clemens Alexandr. Strom. VII. p. 878. describit Christianum verum et beneficum: Αὐτὸς ἑαυτὸν μειονεκτεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑπεριδεῖν τὸν ἐν θλίψει γινόμενον ἀδελφόν. [Siber.]

260. *Omne proculum etc.*] Ita Xenophon Memorabb. I. Cap. III. §. 6. de Socrate: ποτόν δὲ πᾶν ἠδὺ ἦν αὐτῷ, διὰ τὸ μὴ πίνειν, εἰ μὴ διψῶν. [O.]



261. *Ebrietatem* etc.] *Ἡ μέθη μανίας μελέτη* legimus supra in Sent. Pythag. 9. [O.]

262. *belluae similis*] Erasm. et Siber. *fidelis*, ut puto; typorum vitio. [O.] Sic etiam Paulus Epist. ad Titum *γαστέρας ἀργὰς καὶ θηρία κακὰ* composuit. [Siber.]

264. *Turpissimae libidinis*] Intelligit voluptalem, τὰ ἀφροδίσια. [O.]

265. *Solent* etc.] Graeca Sexti verba servavit Porphyrius ad Marcell. Cap. XXXIV. init. ubi vide quae observavimus. [O.]

266. *Grandem poenam* etc.] Consentit cum nostro Clemens Alex. Protrept. ad Gent. p. 85. Πόσῳ γοῦν ἀμεινόν τοῖς ἀνθρώποις τοῦ τυγχάνειν τῶν ἐπιθυμιῶν τὸ τὴν ἀρχὴν μηδὲ ἐπιθυμῆν ἐθέλειν, ὧν μὴ δεῖ; et Strom. VII. p. 857. Τοῖς μοχθηροῖς τῶν ἀνθρώπων ἡ εἰρή (annon leg. εὐτυχία? O.) βλαβερωτάτη. Εἰ γοῦν καὶ ἄφασιν εὐτυχήματα αἰτησόμενοι λάβοιεν, βλάπτει λαβόντας αὐτοὺς ἀνεπιστήμονας τῆς χρήσεως αὐτῶν ὑπάρχοντας. [Siber.]

*nunquam enim sedat*] Erasm. Nunquam enim compescit, novam his verbis Sententiam inchoans. Sic et Siber. [O.]

*ademptio*] Erasm. et Siber. *possessio*. [O.]

267. *Non est sapienter factum* etc.] Fuchte non habet hanc Sententiam. Sed post illam Erasmus et Siberus novam addunt; quae in aliis desideratur: *Libidinem necessariam tanquam non necessariam ducit*. [O.]

*in quo*] Vide quae observavimus supra ad Sent. 21. [O.]

269. *Sapientia est amator*] Erasm. et Siber. *Philosophus*. [O.]

270. *objurgatio*] Sic Paris. Lugd. Gale et Fuchte. *obtrectatio* Erasm. et Siber. [O.] Parisinam lectionem meliorem puto et veram; cujus loco textus Graecus ἐπιτιμήσιν αὐτὸν ἔλεγχον fortassis habuit. Σπανία ἢ ἐπιτιμήσις, εὐκαιρὸς δέ. Complexus est hac Sententia, quicquid Clemens Alexandr. Praedag. Lib. I. Cap. VIII et IX. magna ubertate, insignique discrimine adhibito disseruit, qui Cap. IX. undecim objurgationum species exhibet.

1. Νουθέτησις μὲν οὖν ἐστὶ ψόγος κηδεμονικὸς νοῦ ἐμποιητικός.

2. Ἐπιτιμήσις ἐστὶ ψόγος ἐπ' αἰσχροῖς πρὸς τὰ καλὰ.

3. Μίμψις δέ ἐστὶ ψόγος ὡς ὀλιγώρωντων ἢ ἀμελούντων.

4. Ἐπίπληξις δέ ἐστὶν ἐπιτιμήσις ἐπίπληκτικὴ, ἢ ψόγος πληκτικός.

5. Ἐλέγχος δέ ἐστὶ προφορὰ ἀμαρτίαν εἰς τὸ μέσον φέρουσα.

6. Φρένωσις δέ ἐστὶ ψόγος φρένων ἐμποιητικός.

7. Λοιδορία δέ ἐστὶ ψόγος ἐπιτεταμένος.

8. Ἐπισκοπὴ δέ ἐστὶ ἐπίπληξις σφοδρά.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





Aliter Fuchte: *Justo communio servanda*. quae lectio duplicem explicationem admittit, ut v. *Justo accipiamus* vel in casu tertio: *Justo* (homini) *servetur communio inter homines*, i. e. Justus ne segreget se a mortalium consortio secteturque vitam solitariam; vel, quod magis placet, in casu sexto: *Justo* (i. e. justitia, per justitiam) *servetur hominum communio*, (tanquam vinculo). In editt. Erasmi et Siberi deest haec Sententia. Sed illius vice alia inseritur: *Nilul bonum, quod non potest esse commune*. [O.]

287. *Non dicas aliquod alio peccato levius*] Egregie in eandem sententiam Theologus (Gregorius Nazianzenus) Tom. II. Carm. III. p. 60. Num. 272. (ed. Bill.)

*Μη μικρόν ἐν κακίῃ θείης ποτὲ μηδὲ τὸ μικρόν.*

*Τυτθοῖς ἀντιώσα, χείροσιν οὐ ποτε κῦρσεις.* [Siber.]

*Isa* τὰ ἀμαρτήματα Stoicorum dogma. Vid., qui veterum testimonia diligentissime collegit, J. Lips. Manud. ad Stoic. Philos. Lib. III. Diss. XXI. Opp. Tom. IV. pag. 806. seqq. ed. Vesal. [O.]

288. *Sicut in benefactis* etc.] Pythagoras ap. Stobaeum Serm. XIV. *Χαῖρε τοῖς ἐλέγχοσι σε μᾶλλον ἢ τοῖς κολακεύουσι ὡς δ' ἐχθρῶν χείρονας ἐκτρέπου τοῖς κολακεύοντα.* [Siber.]

289. *Quorum laudes contempnis* etc.] Similis Demophili Sententia 20. [O.]

*eorum*] Omittunt Erasmi et Siber. [O.]

290. *sapientis*] Erasmi et Siber. *philosophi*, [O.]

291. *Quantum laboras* etc.] Erasmi et Siber. *Quantum autem laboras*. Graeca Sexti verba servavit Porphyrius ad Marcell. Cap. XXXII. *Ὁ συντος ἀνὴρ καὶ θεοφιλὴς, ὅσα οἱ ἄλλοι μοχθοῦσι τοῦ σώματος, ἕνεκα; τοσαῦτα ὑπὲρ τῆς ψυχῆς σπουδάζεται πονήσας.* Conf. Christi, verba Matth. XVI, 26. [O.]

294. *Deus bonos actus* etc.] Graeca Sexti verba servavit Porphyrius ad Marcell. Cap. XVI. *Θεὸς δὲ ἀνθρώπον βεβαιοῖ πράσσοντα καλὰ.* [O.]

295. *Malorum actuum* etc.] Sextus ap. Porphyr. I. I. *Κακῶν δὲ πράξεων κακὸς δαίμων ἡγεμών.* Sic et in N. Test. I. Joh. III, 8. *Ὁ ποιῶν τὴν ἀμαρτίαν ἐκ τοῦ διαβόλου ἐστίν.* Post hanc Sententiam Erasmus et Siberus novam addunt, quae deest in aliis editt. *Non potuit sapiens compelli facere, quod non videt, sicut nec deus.* [O.]

297. *Deus super opera sua*] Erasmi et Siber. *Deus inter opera sua*. Fuchte: *Deus super omnia sua*, ut puto, typorum vitio. *Εὐσεβέσιν δὲ βροτοῖς γάννυμαι τόσον, ὅσον Ὀλύμπω,*



est Apollinis Pythii Oraculum ap. Hierocl. Comment. in Aur. Carm. pag. 24. ed: Needh. [O.]

298. *Nihil tale* etc.] Porphyrius ad Marcell. Cap. XV. fin. Ὁ δὲ ἄξιος ἄνθρωπος θεοῦ θεὸς ἂν εἴη. [O.]

300. *Malus vir* etc.] Graeca verba hujus et sequentis Sententiae servavit idem Porphyrius l. l. Cap. XVI. Ψυχὴ οὖν πονηρὰ φείγεται μὲν θεόν, πρόνοιαν δὲ θεοῦ εἶναι οὐ βούλεται. [O.]

302. *Omne quod malum est* etc.] Porphyrius l. l. Cap. IX. Ψυχῆς νόσημα κακία· κακία δὲ πᾶσα αἰσχρὸν· τὸ δὲ αἰσχρὸν τῷ καλῷ ἐναντίον· καλοῦ δὲ ὄντος τοῦ θείου, ἀμήχανον αὐτῷ σὺν κακίᾳ πελάζειν. [O.]

303. *Qui sapit in te* etc.] i. e. *rationem, mentem tuam*, τὸ λογικὸν καὶ διανοητικόν. Opp. τὸ θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικόν. [Sib.] Sic et in SS. Literis opponuntur sibi σὰρξ et πνεῦμα, ἄνθρωπος σαρκικός vel ψυχικός et ἄνθρωπος πνευματικός. [O.]

308. *Sapientem hominem*] Erasm. et Siber. *Philosophum hominem*. [O.]

309. *Tabernaculum quidem* etc.] Duas Sententias, flagitante sensu, in unam conjunximus: alioquin *quidem* non haberet membrum sibi respondens. [O.]

*deponere autem posse* etc.] Phrasis biblica. II. Petr. I. 14. Εἰδὼς, ὅτι ταχινή ἐστὶν ἀπόθεσις τοῦ σκηνώματός μου. Ceterum conferendus cum nostro Clemens Alexandr. pag. 639. 640. Ἀπολιπὼν τὴν οἴκησιν καὶ τὴν κτῆσιν, καθάπερ καὶ τὴν χρῆσιν, ἀπροσπαθῶς, προθύμως τῷ ἀπάγοντι τοῦ βίου συνεπόμενος, οὐδαμῶς ὀπίσω κατ' οὐδεμίαν ἀφορμὴν ἐπιστρεφόμενος· εὐχαριστήσας μὲν ἐπὶ τῇ παροικίᾳ, εὐλογῶν δὲ ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, τὴν μονὴν ἀσπαζόμενος τὴν ἐν οὐρανῷ. [Siber.]

310. *Mortis quidem* etc.] Graece: Τῷ θανάτῳ μὴ ἐπιπηδήσεις. De αὐτοχειρίᾳ loquitur. [Idem]. Iterum et eadem de causa duas Sententias (311 et 312. ed. Fucht.) in unam conjunximus. Τῷ βίῳ μὴ μάχου legimus supra in Sosiadis VII Sapient. Sentent. [O.]

*si quis autem* etc.] Siberus comparat Pauli Apostoli verba Act. XXI, 13. Ἐτοιμῶς ἔχω οὐ μόνον δεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ κυρίου. [O.]

311. *Sapientem si quis de corpore* etc.] Ita Gale et Fuchte. Erasm. et Siber. *Sapientem de corpore si quis* etc. [O.] Conf. Pauli verba Phil. I, 23. [Siber.]

312. *pro imperitia animae*] Erasm. et Siber. *pro imperitia hominis*, quod videtur esse interpretamentum librarii verba ista male intelligentis. *Imperitia animae* scil. h. l. non est



imperitia, quam anima patitur, sed imperitia status vel conditionis animae post fata superstitis. [O.]

313. *Ferrum, quo homines interimuntur* etc.] Ita Paris. Lugd. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siber. *Ferrum quidem, in quo homines interimuntur*. Vide quae supra observavimus ad Sent. 21. [O.]

*optimum fuerat*] Erasm. et Siber. *optimum quidem fuerat*. Alterutrum quidem delendum. [O.] Egregie haec exponit Plinius Hist. Nat. Lib. XXXIV. Cap. XIV. (39. Hard. O.) *Ferrum optimum pessimumque vitae est instrumentum. siquidem hoc tellurem scindimus, serimus arbusta, ponimus pomaria, vites, squalore deciso, annis omnibus cogimus juvenescere. Hoc aptamus tecta, caedimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur. Sed eodem ad bella, caedes, latrocinia, non cominus solum, sed et missili volucrique, nunc tormentis excusso, nunc lacertis, nunc vero pennato, quam sceleratissimam ingenii humani fraudem arbitror. Siquidem ut mors ocyus veniat ad hominem, alitem illam fecimus, pennasque ferro dedimus. Quamobrem culpa ejus non naturae feratur accepta. Ceterum Sixtus Christiano suadet, ne apud se instrumentum mortis paratum habeat, praeunte Christo Petri gladium recondente, Matth. XXVI, 52. [Siber.] Etiam Pythagoram ejusque discipulos bella et caedes abhorruisse docet Menagius ad Laert. Vit. Pyth. Lib. VIII. §. 50. [O.]*

314. *Nulla simulatio* etc.] Graeca Sexti verba servavit Demophilus Sent. 23. [O.] Conf. Servatoris verba Matth. X, 26. et S. Paulum I. Cor. III, 13. [Siber.]

315. *Ut sunt* etc.] Erasm. et Siber. *Prout sunt*. [O.] Similiter Clemens Alexandr. in Protrept. circa finem: *Καὶ γὰρ οἷον ὡδὲ πως ἔχει τὰ ἡμέτερα τῶν Χριστοῦ ὀπαδῶν*.

*Οἷαι μὲν αἱ βουλαι, τοῖοι δὲ καὶ οἱ λόγοι*.

*Ὅποιοι δὲ οἱ λόγοι, τοῖαι δὲ καὶ αἱ πράξεις*.

*Κ' ὅποια τὰ ἔργα, τοιοῦτος δ' ἔσθ' ὁ βίος*. [Siber.]

*mors enim religiosi* etc.] Corrige ex Erasmo et Sibe-  
bero: *Mores enim religiosi faciunt beatam vitam*. Conf. Demophil. Sent. 4. fin. [O.]

316. *Qui cogitat* etc.] Graeca Sexti verba vide ap. Demophil. Sent. 4. [O.]

*ipsa praeveniens ipse*] Hinc videmus, apud Demophilum I. 1. pro *φθονεῖς σαυτῶ* legendum esse *φθάνεις σαυτόν*. [O.]

317. *Non te* etc.] Erasm. et Siber. *Ne te*, qui post hanc Sententiam aliam addunt, quam non habent editiones Galei et





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



333. *Melius est fame mori etc.*] Graeca Sexti verba lege sis apud Demophil. Sent. 39. et Porphyri. ad Marcell. Cap. XXXV. [O.]

334. *Vestimentum etc.*] Porphyrius ad Marcell. Cap. XIV. init. Τῇ δὲ ψυχῇ τῇ θεοφιλεῖ καὶ τῷ θεοφιλεῖ νῶ· καὶ ἐν τῷ καθαρῷ σώματι ἕστωσαν καὶ πράξεις ἀκόλουθος καὶ λόγος. [O.]

336. *Immundam animam etc.*] Porphyrius l. l. Cap. XXI. init. Ὅπου δ' ἂν λήθῃ παρεσέλθῃ θεοῦ, τὸν κακὸν δαίμονα ἀνάγκη ἐνόικειν. [O.]

337. *Fidelem animam etc.*] In eandem sententiam Jacobus in Epistola Cap. IV. v. 7. Ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. [O.]

338. *Verbum de deo etc.*] Οὐ ταῖς δόξαις οὐκ ἂν χρήσαι, τοῦτω μῆτε βίου, μῆτε λόγου τοῦ περὶ θεοῦ κοινῶναι, et Σιγᾶσθω ὁ περὶ θεοῦ λόγος ἐπὶ πλήθους verba sunt Sexti apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XV. Idem praecipit Pythagoreorum Symbolum: Θεῶν εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν. et Lysis in Epistola ad Hipparchum pag. 52. edit. nostrae Epist. Socrat. Ὅσιον καμὲ μναῖσθαι τοῦ τήνου (Πυθαγόρου) θείων καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιῆσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς οὐδ' ὄναρ τὰν ψυχὰν πεκαθαρμένοις. [O.]

339. *Non est tutum etc.*] Hujus et sequentis Sententiae Graeca verba servavit Demophilus Sent. 25. et Porphyrius ad Marcell. Cap. XV. [O.]

341. *qui non credit*] Erasmus et Siber. *qui non credit esse deum.* Conf. divini Salvatoris monitum Matth. VII, 6. Μὴ δῶτε τὸ ἅγιον τοῖς κύνι, μηδὲ βάλητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἐμπροσθεν τῶν χοίρων. [O.]

343. *Si immunis non es etc.*] Οὔτε τινὰ προσίκεν ἀνοσιῶν ἔργων μὴ καθαρῶντα φθέγγεσθαι περὶ θεοῦ Sexti sunt verba apud Porphyri. ad Marcell. Cap. XV. med. [O.]

345. *Si scis, quod acceptum etc.*] Sic Paris. Gale, Fuchte. Erasm. *Si scis, quia acceptum.* Quia pro quod loco infinitivi posito habet etiam Palladius Februar. tit. 13. in fin. Hoc autem noveris, quia palmas, quod extra ligaturam pendens habuerit, fructu induet. Conf. Forcellini Lexic. h. v. Siberus: *Si scis, quin acceptum,* ut puto, typorum vitio. [O.]

347. *In multitudine etc.*] Vide Not. ad Sent. 338. [O.]

348. *Verbum de deo etc.*] Hanc Sententiam in duas dispescunt Erasmus et Siber. alteram incipientes verbis: *Melius est animam perdere etc.* [O.]

*parcius*] Erasmus et Siber. *parcius magis.* De quo duplici



comparativo, apud Scriptōres Ecclesiasticos satis fr̄quenti, vide qūiaē observavimus ad Arnobium Lib. VII. Cap. XVIII. Tom. II. pag. 415 seq. [O.]

349. *leo*] Siberus putat, hac voce Sixtum Christianum vel Rufinum alludere ad martyres, qui in publicis spectaculis leonibus objiciebantur. [O.]

350. *Cum tibi minatur tyrannus etc.*] Post hanc Sententiam Erasmus et Siberus novam addunt, quae desideratur apud Gal. et Fucht. *Verbum de deo qui loquitur iis, quibus non licet, proditor dei putandus est.* [O.]

351. *Verbum de deo reticere praestat etc.*] Νόμιζε αἰρετώτερον εἶναι σιγᾶν, ἢ λόγον εἰκῆ προσέσθαι περὶ θεοῦ, Graeca sunt ipsius Sexti verba apud Porphyrium ad Marcell. Cap. XV. [O.]

352. *Qui dicit de deo etc.*] Post haec verba sequitur apud Erasmum et Siberum nova Sententia: *Homo, qui nihil habet quod dicat de deo, vere desertus est a deo.* [O.]

359. *Cum oranti etc.*] Apposite comparat Siberus locum Joannis I. Joh. V, 14. 15. *Αὕτη ἐστὶν ἡ παρόρησις, ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι, εἰάν τι αἰτώμεθα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν.* [O.]

360. *Dignus deo homo etc.*] Ὁ δὲ ἄξιος ἄνθρωπος θεοῦ θεὸς αὖ εἶη Graeca sunt Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XV. [O.]

362. *Si non das egentibus etc.*] Similis Salomonis Sententia Proverb. XXI, 21. *Ὅς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ, τοῦ μὴ ἐπακούσαι ἀσθενεῖς, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων.* [Siber.]

364. *Deum qui putat esse etc.*] Videtur Sixtus Christianus vel Rufinus paullulum immutasse Graeca Sexti Pythagorei verba, quae leguntur apud Porphyrium ad Marcellam Cap. XXII. init. [O.]

365. *Optime honorat etc.*] Καὶ τιμῆσεις μὲν ἄριστα τὸν θεὸν, ὅταν τῷ θεῷ τὴν σαυτῆς διάνοιαν ὁμοιώσεις, Graeca sunt Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. [O.]

366.  *eget*] Ita Lugd. Gale, Fuchte. *indiget* Erasm. et Siber. qui comparat Divini Soteris verba Matth. IX, 1. *πορευθέντες μάθετε, τί ἐστίν, ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν.* [O.]

369. *Praeparata et apta te etc.*] E rivulis Siracidae haustum Cap. II. v. 1. *Τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν κυρίῳ θεῷ, ἐτοίμασον τὴν ψυχὴν σου εἰς πειρασμόν. Εὐθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπέσης ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς.* [Siber.]



371. *Tyrannus* etc.] Ipsum Servatorem exprimit Matth. X, 28. *Μὴ φόβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι.* Conf. II. Maccab. VII, 9. etc. [Siber.]

374. *Omne magis causam* etc.] Clemens Alexandrinus Strom. I. pag. 419. dum inter Platonis et Mosis dogmata comparationem instituit, illum ait φιλοσοφεῖν πρὸς τὸ ἀξίωμα τοῦ οὐρανοῦ: Mosen vero πρὸς ἓνα θεὸν ἀφορᾶν καὶ δικαιοπραγεῖν, Origenes contra Cels. Lib. IV. pag. 200. (Spencer.) *Πάσης σοφίας πηγὴ καὶ ἀρχὴ πάντα πράσσειν κατ' ἀναφορὰν τοῦ τῷ θεῷ ἀρέσκειν.* [Idem.]

376. *amatoris sapientiae*] Erasm. et Siber. *philosophi.* [O.]

*in homine*] i. e. in corpore, ut saepissime apud Scriptores Ecclesiasticos. Vide quae observavimus ad Arnobium Lib. I. Cap. LV. Tom. I. pag. 349. [O.]

381. *Animam mors non perdit* etc.] Clemens Protrept., ad Gent. p. 89. *Τὰ πάθη ψυχῆς νόσοι. Ἀμαρτίαι δὲ αἰδίου θανάτου.* [O.]

382. *te ipsum*] Erasm. et Siber. *et te ipsum.* [O.]

383. *Non est secundum deum vivere* etc.] Reperuntur hic Pauli Apostoli verba Epist. ad Titum II, 11. 12. qui gratiae, nos salutari modo castigantis, hoc esse opus dicit, *ἵνα σωφρόνως, καὶ δικαίως, καὶ εὐσεβῶς ζήσωμεν ἐν τῷ νῦν αἰῶνι.* Vid. et Ephes. I, 4. et Coloss. I, 22. [Siber.]

384. *Hominum infidelium* etc.] Proverb. XV, 9. *βδέλυγμα κυρίῳ ὁδοὶ ἀσεβῶν.* [Idem.] Videtur tamen expressisse Demophili Sent. 20. fin. Ceterum post hanc Sententiam Erasmus et Siberus: *Ne te praetereat, ut malo ingenio verba dei ne comittas,* quae autem eadem fere est cum 390 et 343. ubi vid. Not. [O.]

385. *Animam de terra* etc.] Non injucundum erit hic scalam sistere, qua ad illud fastigium pervenitur. Doctus Sixti nostri Prodromus (Clemens Alex.) ubi de ἀγάπη τελειωτικῇ tradit pag. 801.:

- 1) Ἀρχὴ τῆς τελειώσεως ἀληθεστάτη παιδείας ἐπιθυμία.
- 2) Φροντὶς δὲ παιδείας ἀγάπη.
- 3) Ἀγάπη δὲ τήρησις νόμων αὐτῆς.
- 4) Προσοχὴ δὲ νόμων βεβαίωσις ἀφθαρσίας.
- 5) Ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ θεοῦ.
- 6) Ἐπιθυμία ἄρα σοφίας ἀνάγει εἰς βασιλείαν.

Concludit igitur, ex sapientiae fideique desiderio fieri ἀναγωγὴν εἰς βασιλείαν, quae est elevatio. Atque id ipsum est, quod Chri-





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





403. *Regitur* etc.] Sextus ap. Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. Καὶ διὰ τοῦτο μακάριος ὁ σοφός, ὅτι ἐπιτροπεύεται ὑπὸ θεοῦ. Pro *regitur* Erasm. et Siber. *leg. dispensatur*. [O.]

404. *Anima sapientis ac mens deo probatur*] Erasm. et Siber. ita: *Anima sapientis probabilis apud deum est, sed et mens.* ψυχὴ καὶ νοῦς. [O.]

405. *Sapiens vir* etc.] Graeca verba servavit Demophilus Sent. 6. fin. et Porphyr. ad Marcell. Cap. XVI. [O.]

406. *Venerem* etc.] Clemens Alex. Strom. I. p. 333. Φιλοσοφία ἐπαγγέλλεται ἐγκράτειαν γλώσσης τε καὶ γαστροῦ, καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα· καὶ ἔστι δι' αὐτὴν αἰρετή. [Siber.] Conf. Pythag. Aur. Carm. vs. 9. et seqq. et quae ibi commentatus est Hierocles pag. 58. ed. Needh. [O.]

*Homo incontinens* etc.] Haec verba tanquam nova Sententia ab antecedentibus segregantur in editt. Erasmi et Siberi. [O.]

407. *Hominem scientia dei* etc.] Θεοῦ γὰρ γνώσις ποιῶ βραχὺν λόγον sunt ipsius Sexti verba apud Porphyr. ad Marcell. Cap. XX. fin. [O.]

408. *Multis verbis* etc.] Simile D. Salvatoris praeceptum Matth. VI, 7. [O.]

409. *qui dei cognitionem habet*] Ita Lugd. Gale, Fuchte. Erasmus autem et Siberus: *qui deum scit*. [O.]

410. *non jactat electum*] *electum* addidi ex Erasmo et Sibero. [O.]

74. μὴ τὸν θεόν etc.] Velat forte, ne nimium indulgeamus cogitationibus, de deo et arcanis, quae scire prohibemur, et quae saepe hominem ad errores etiam abripiunt, quemadmodum docent innumerae illae in Christiana ecclesia haereses: ut sit sensus: μὴ τὸν θεόν, non deum, quantus est in majestate et gloria sua, cogitationibus tuis angustis capies, sed te ipsum in errorem et mala induces. [Neand.] Non obscura tantum, sed, ut mihi quidem videtur, corrupta etiam sententia. Post v. σαρτὸν addendum νόει, et post θεόν per ellipsin supplendum μόνον, ut sensus sit: *Quando tibi aliqua de deo subit cogitatio, non deum (tantum), sed te quoque considera, scil. qui sis, quam arctis mens tua sit circumscripta limitibus, ne ultra modulum sapias et penetrare coneris impenetrabilia. Nihil enim tutum est, quod modum excedit a summo creatore ipsi praescriptum.* Hic itaque videtur hujus sententiae sensus, quem plane non intellexit Michael Toxites in paraphrasi sua metrica. [O.]

76. χαύνοϊ] inflat, laxat, levem vanumque facit, ut levis delectata non curet seria, quae dei sunt, quaeque maxime curata oportebat. [Neand.]

77. Εἰς ἔργα etc.] In libro quodam antiquo, olim in monasteriis usurpato, hos versus legimus:

*Nunc lege, nunc ora, nunc cum fervore labora;*

*Sic erit hora brevis et labor ipse levis.* [Neand.]

In eandem sententiam Hieronymus in Epist. *Aliquod opus facito, ut te diabolus inveniat occupatum: non enim ab illo facile capitur, qui bono vacat exercitio.* [Schon.]

78. τρυγῆσαι] vindemiare. Contra imperitos loquitur, a quibus studiosi, in docendo et discendo multo cum sudore et



labore, corporis quoque jactura versantes, otii et socordiaë saepe accusantur: quibus peculiari Capite respondet Siracides in Panareto suo, quo ablegamus lectorem. [*Neand.*]

82. Χαῖρε τῇ τῶν ἀγίων ἐντεύξει] Jesus Siracides XXXVII. v. 15. ἀλλ' ἢ μετὰ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ἐνδελέχιζε, ὃν ἂν ἐπιγνώως συντηροῦντα ἐντολὰς κυρίου. Conf. Cap. VI. v. 34. 35. Séneca Epist. 75. *Nulla res magis honesta inducit, dubiosque et in prævum inclinatos revocat ad rectum, quam bonorum virorum conversatio: paulatim enim descendit in pectora, et vim præcepti obtinet frequenter audiri, frequenter adspici: et est aliquid, quod ex magno viro, vel tacente proficias.* Idem Epist. 7. *Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt.* [*Schon.*]

83. ἕκαστον γὰρ δένδρον etc.] Verba divini Salvatoris Matth. XII, 33. Luc. VI, 44. [*Idem.*]

84. Ἀεὶ τι κερδαίνειν etc.] Seneca Epist. XI. *Aliquis vir bonus nobis eligendus est et semper ante oculos habendus, ut sic tanquam eo spectante vivamus et omnia tanquam illo vidente faciamus.* [*Idem*] Conf. Not. ad Sent. 82. [O.]

86. ὡς τοῦ κτήσαντος] Neander legendum conjicit τοῦ κτίσαντος, vertens *qui extruxerit*, quod probo. Nam si Nilus voluisset exprimere *possidentis, possessoris*, scripsisset sine dubio τοῦ κεκτημένου. [O.]

τὴν εἰκόνα... τὴν ἑαυτοῦ] Conf. Coloss. III. vs. 10. Sic et Seneca Epist. 32. *Quid aliud voces animam nisi deum in humano corpore hospitem.* et Manilius Lib. IV. *Exemplumque dei quisque est in imagine parva.* [*Schon.*]

μεθοδεύοντος] volentis, ut ad regulam et normam verbi sui vivas. [*Neand.*]

87. αἱ τῶν βιωτικῶν ὀμιλίαι] οἱ βιωτικοὶ à scriptoribus ecclesiasticis dicuntur proprie *homines hujus vitæ curis et negotiis addicti.* Ita Chrysostomus Lib. III. de Sacerdotio Cap. XV. τί θαυμαστόν, ἀνθρώπους βιωτικοὺς, καὶ δόξης τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἔρῳντας, καὶ χρημάτων ἕνεκα πάντα πράττοντας ἀμαρτάνειν τοιαῦτα. Hinc 2. sic appellantur *laici*, v. c. apud eundem Chrysostomum Tom. V. Homil. XXXVII. (Ducaei): ἀνὴρ εἰμὶ βιωτικὸς, οἷκ' ἔστιν ἐμὸν γραφὰς ἀναγινώσκειν, ἀλλ' ἐκείνων τῶν ἀποταξαμένων, τῶν τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων κατειληφότων. Opp. ἀσκηταί. Vid. Suicer. in Thesaur. Eccl. h. v. Tom. I. pag. 695 seq. Sic etiam in hac sententia ascetas sive monachos (in quorum usum conscripsit hanc Paraenesin) dehortatur Nilus à commercio cum laicis. [O.]

90. τὸ δέλεαρ] esca ad capiendum præparata seu propo-



sita. Hoc est: non inescaberis rebus mundi, non curabis eas, cogitans aeterna et coelestia, prae quibus σκύβαλον sunt quaecunque in mundo splendida et fulgentia. [Neand.] In eandem sententiam Sallustius Catil. 1. *Divitiarum et formae gloria fluxa atque fragilis: virtus clara, aeternaque habetur.* et Seneca Epist. 116. *Utinam qui honores, petitori sunt, cum ambitiosis, utinam qui divitias optaturi essent, cum divitibus deliberarent: profecto vota mutassent.* [Schon.]

92. ὄψις γὰρ ἐστὶ θεοῦ] ὄψις h. l. quasi ἀπαύγασμα, imago viva et expressa dei, der Ausglanz, Abglanz der Gottheit. vide Creuzer. V. Cl. ad Plotin. de Pulchr. pag. 377. citantem Lex. MS. ὄψις καὶ ἡ πρόσοψις, καὶ ἡ ὁρατικὴ δύναμις· καὶ ὄψις τὸ θεαθέν. [O.]

93. θρήνει τὸν ἀμαρτωλὸν etc.] Pium refertur dictum Justini philosophi et martyris, quod tale, et hoc loco commemorandum est: Ὅστις δὲ πολὺν χρόνον ἀκόλαστος μένει, τοῦτον δεῖ νομίζειν τὸν ἀτυχεύοντα. [Neand.]

94. Μητέρα κακῶν etc.] Similiter Hieronymus Epist. ad Demetriad. *Nihil in sancto proposito otio deterius est, quod non solummodo non acquirit nova, sed etiam peracta consumit.* [Schon.]

98. παραβλέπεται] limis adspicit, non recto vultu intuetur, er geht ihm nicht recht unter die Augen. Eo jubet loco habere proximum, ne deo ipsiusque gloriae antepōnatur, ne violetur religio, quicquidmodum ethnicum etiam dixisse legimus: usque ad aram, μέχρι βωμοῦ. [Neand.] Obscura admodum sententia, ex qua sensum tolerabilem extricare me non posse candide fateor. De vi v. παραβλέπειν vid. Hemsterhuis ad Lucian. Necyomant. Tom. III. pag. 330. ed. Bipont. [O.]

99. Θεοῦ γὰρ ἀνάξιον ποιεῖ etc.] Haec verba sine dubio corrupta. Sensus flagitat, ut legamus: Θεοῦ γὰρ ἀνάξιον ἑαυτὸν ποιεῖ ὁ αὐτοῦ τινὰ προτιμῶν. aut leniore medicina: τοῦτο γὰρ (scil. τὸ προσκῆσθαι καὶ προσπάσχειν ἑτέρῳ παρὰ τὸν νόμον τοῦ θεοῦ) Θεοῦ ἀνάξιον ποιεῖ τὸν αὐτοῦ τινὰ προτιμῶντα. indignum reddit deo, i. e. ejus dilectione et auxilio. [O.]

100. ἀλείφεις] ungis, i. e. agiles, promptos atque expeditos reddis. [Neand.] Suidas — Ἀλείφας αἰτιατικῆ· διεγείρας, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν. Εἰς καρτερίαν ἀλείφων. τοὺς ἀδικουμένους. Apud patres ecclesiasticos, Chrysostomum imprimis, hac metaphora nil frequentius. Vid. Suicer. Thesaur. Ecclesiast. h. v. Ita Chrysostomus ad verba Christi Matth. XXVI, 39. Opp. Tom. V. ed. Paris. pag. 134. Ἐλσye Χριστὸς τοῖς μαθηταῖς (Matth. X, 9).





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





eandem sententiam Augustinus in Epist. ad Galat. *Quidquid lacerato animo dixeris, punientis est impetus; non charitas corrigentis. Dilige et dic quidquid velis.* [Schon.]

108. ὅταν δὲ μὴ τοῦτοις λαλεῖς etc.] Idem Christus praecipit Matth. VII, 6. [O.]

114. θολήν] Legendum videtur θολερήν, quod ex compendio scripturae facile corrumpi potuit in θολήν. [O.]

116. καὶ τοῦ ἐπὶ πάντων πάντα δεύτερα νόμιζε] Pessime haec verterunt Neander et Schoningius, ille: *et prae eo, in omnibus omnia secundo loco habenda esse existima*, hic: *et ab eo in omnibus omnia secunda esse existima*. τοῦ ἐπὶ πάντων, scil. Θεοῦ, dei, qui est super omnia, summi omnium rerum moderato-  
ris, ut in Doxologia Paulina Rom. IX, 5. ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. [O.]

117. ἐνδελεισμοῦ] Ἐνδελεισμός et ἐνδελείχεια, continua animi mobilitas, assiduitas quoque, ut in versu vetere, qui apud Galenum legitur: *Κοιλαινει πέτραν ῥανίς ὕδατος ἐνδελεισίη*. hoc est, ut Ovidius eum reddidit (Epist. ex Pont. IV, 10.): *Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadendo.* [Neand.] Atqui comparat Nilus preces assiduas cum θυσίᾳ ἐνδελεισμοῦ, sacrificio quotidiano. Sic enim verterunt Alexandrini τῆς ἡμέρας Exod. XXIX, 42. sacrificium illud quotidie mane et vespere a populo Israelitico Jehovae offerri solitum, *das tagliche Brandopfer*. Suidas: Ἐνδελεισμός — ἐπιμονή. ἡ συνήθης θυσία καὶ καθημερινή. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς Ἑβραίοις πρωτὶ καὶ ἐν ἑσπέρα καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῷ θεῷ θύειν. Conf. Bonfrer. ad Exod. I. c. pag. 535. Biel. in Thesaur. v. Ἐνδελεισμός et Welsten. ad Joann. I, 30. N. Test. Tom. I. pag. 842. [O.]

προσευχὴν αὐτῷ διηνεκῆ, πρόσφερε] Egregie Augustinus: *Quid supplicaturus deo locum aptum et sanctum requiris? Interiora tua munda, et omni inde mala cupiditate repulsa, praepara tibi in cordis tui pace secretum. Volens in templo orare in te ora et ita age semper, uti dei templum sis: ibi enim deus exaudit, ubi habitat.* [Schon.]

119. καὶ τοῦ μυστικοῦ δειπνον πᾶσαν ἡμέραν μέτεχε]. Ex his verbis conjicere licet, Nili adhuc temporibus (initio Seculi V.) sacram coenam quotidie celebratam fuisse a Christianis, quod Basilius Magnus (qui integro fere seculo ante Nilum vixit) suadet in Epistola 289. καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές. Melius interroganti, quo-



ties sacra coena sit accipiēda, respondet Chrysostomus Homil. 123. Opp. Tom. V. pag. 809. Ἀποδέχομαι οὔτε τοὺς ἅπαξ μετέχοντας, οὔτε τοὺς πολλὰκις, οὔτε τοὺς ὀλίγακις, ἀλλὰ τοὺς μετὰ καθαρῶν συνειδότος, τοὺς μετὰ καθαρᾶς καρδίας, τοὺς μετὰ βίου ἀνεπιλήπτου. Conf. Suicer. Thes. Eccles. v. σύναξις Tom. II. pag. 1145, et seqq. [O.]

120. ἐν οἷς παιδεύη] παιδεύειν, παιδεύεσθαι h. l. de castigatione acriori, de poenis et calamitatibus, quae a deo hominibus immittuntur emendationis et correctionis causa, quod vel e sacris literis notissimum, v. c. II. Cor. VI, 9. ὡς παιδευόμενοι καὶ μὴ θανατούμενοι. Vid. Schleusner. Lex. N. Test. h. v. [O.]

121. τῆς μάστιγος] Μάστιξ h. l. et infra Sent. 150. de poenis gravioribus, inprimis futurae vitae, quae a deo impiis infliguntur. Vid. Schleusner. Lex. N. Test. h. v. et Potter. ad Lycophron. v. 436. [O.]

122. Σκιᾶ etc.] Pindarus ἄνθρωπον vocat non umbram tantum, sed somnium de umbra, σκιᾶς ὄναρ. (Pyth. VIII, 136.) Et vulgo dicitur κῆλος τὰ ἀνθρώπινα. [Neand.] Eadem humanae vitae cum umbra comparatio haud infrequens in sacris literis, v. c. II. Chron. XXIX. v. 15. et in Libro Sapientiae II. v. 5. et Cap. V. v. 8. 9. [Schon.]

123. μικρῶ ἐπὶ μικρὸν προστιθεῖς] Annon legendum μικρὸν ἐπὶ μικρὸν? ut in versu illo Hesiodico Opp. et D.

εἰ γὰρ κεν καὶ σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο,  
καὶ θαμὰ τοῦθ' ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο. [O.]

124. εἰ βούλει etc.] Nota est sententia Pindari (Ol. I, 84.): Ἀχέρδεια λέλογχεν θαμινὰ κακαγόρως. (et Ol. IX, 55.) ἐπεὶ τό γε λοιδορῆσαι θεοῖς ἐχθρὰ σοφία. [Neand.]

126. πολλὰ γὰρ εἶσι etc.] Persius Sat. IV, 23.

Ut nemo in sese tentat descendere, nemo

Sed praecedenti spectatur mantica tergo.

Conf. Fabulam Aesopiam Ὁ δύο πήρας ἐξημμένος (No. 337. ed. Co-ray. O.) [Neand.]

127. μὴ ποτε τὸν θεὸν ἀντιτασσόμενον ἔξεις] Sine dubio ante oculos habuit Nilus verba Jacob. Epist. Cap. IV. v. 6. ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. ubi Höttingerus V. Cl. apposite citat dictum Artabani apud Herodotum VII, 10. φιλέει ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν — οὐ γὰρ ἐξ φρονέειν ἄλλον μέγα ὁ θεὸς ἢ ἐωυτόν, [O.]

129. Μὴ σκώψῃς ἄνθρωπον etc.] Ovidius Trist. Lib. II. v. 565. Candidus a salibus suffusis felle refugit. [Schon.] Contumeliam enim si dices, audies, ut apud Plautum Comicum dici-



tur, et in veteri versu Caecilii: *Audibis male, si male dicis mihi.* [Neand.] Conf. Jes. Siracid. VII. v. 11. [O.]

133. Ζήλωσον etc.] Nam turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsam et Páullus in Epistolis ad Timotheum et Titum praecipit episcopis et pastoribus, ut sint ἀνέγκλητοι, praebentes se exemplar bonorum operum, ἵνα ὁ ἐξ ἐναντίας ἐντραπή, μηδὲν ἔχων περὶ αὐτῶν λέγειν. [Neand.]

134. Ἀσφαλίζου etc.] Verbum hoc in voce activa munire, stabilire significat: passiva vero plerumque utuntur, cum propulsare, arcere significat. [Idem.] Sic Polybius VI, 22. ἔχει δὲ σιδηροῦν θυρεὸς διάλωμα, δι' οὗ τὰς κατὰφορὰς τῶν μαχαιρῶν ἀσφαλίζεται. ubi vero etiam possis interpretari: munit adversus, tutos reddit contra gladiatorum impetum. [O.]

αὐθάρδεια] Factam vocem putant ab αὐτός et ἄδω, placeo. et αὐθάδης, cui sua tantum placet et probatur sententia, qui (ut ait Micio ap. Terentium Adelph. I, 2. 18. O.), nisi quod ipse facit, nihil rectum putat. [Neand.] Conf. Casaubon. ad Theophrast. Charact. XV. περὶ αὐθαδείας. [O.]

μη ἐπιπλήσσεις τινί] Porte: Μηδ' ἐπιπλήσσεις τινί. [O.]

137. Γένου ἐγκρατῆς] ἐγκρατῆς, temperat, memor. Ita Siracid. Cap. XV. v. 1. ὁ ἐγκρατῆς τοῦ νόμου καταλήψεται αὐτήν (σοφίαν). ubi vid. Bretschneider. pag. 232. [O.]

138. βίου φυγή] i. e. non curare, negligere mundana et caduca hujus vitae bona, quae tamen plerosque in sui admirationem ita rapiunt, ut, relicto deo, ea potius transitoria quam aeterna sectentur. [Neand.] Augustinus in Psalm. 86. Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam, si dulcis est patria, amara est peregrinatio. [Schon.]

140. ἄρα ἴγάρ: τὸν τροχὸν etc.] id est: vides enim, quanta sit humanarum rerum inconstantia, quae perpetuo rotatu volvuntur. ὁ βίος τροχός, ἄστατος ὄλβος, ut in hemistichio Phocylidae dicitur. [Idem.]

142. ἐκεῖνο δὲ φιλοσοφίας πρόξενον] Male haec vertit Neander: illud est philosophiae effectum. Nam πρόξενος, πρόξενον nunquam de effectum dicitur, sed solummodo de causa efficiente. Vide exempla a Suicero in Thesouro Ecclesiastico e Patribus allata. Verte igitur: illud (scil. τὸ γελᾶν τοὺς εὐπραγοῦντας) quasi principium, causa efficiens est verae sapientiae, vel: illud efficit verum philosophum, jenes macht den wahren Weisen. [O.]

145. ἡ ψυχὴ δὲ ἀθάνατος] Non tantum literae sacrae, sed etiam ethnicorum saniorum sententiae id docent. Ψυχὴ δ'





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



diem considero, toto corpore contremisco; sive enim comedo, sive bibo, sive aliquid aliud facio, semper videtur illa tuba terribilis sonare in auribus meis: Surgite, mortui, venite ad iudicium. [Schon.]

154. Ζημίαν etc.] Basilius: ἀργία πακουργίας ἀρχή. [Id.]

155. Ἀσι etc.] Nihil est enim, quod ita elevet obtundatque aegritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse, quod non accidere possit, ut Ciceronis verbis utar. [Neand.];

158. Μήποτε etc.] Male haec verba cum praecedenti Sententia conjungit Neander. [O.]

τῆς εὐχῆς τὸ δάκρυον] Eadem sensu lacrymas precum condimentum dixit Basilius Seleuc. de miraculis Theclae Lib. II, pag. 311. (citatus a Suicero in Thesaur. Eccles. v. δάκρυον) Οὐδὲν οὕτως εὐχῆς καρύκευμα κάλλιστόν ἐστιν, ὡς δάκρυον δαψιλές, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους ὑπερχεόμενον. [O.]

159. Ἡ φιλοσοφία] h. l., ut centies apud Patres Ecclesiae, pietas, sanctitas, vitae sanctae studiū. Vid. Suicer. Thesaur. h. v. [O.]

μονογενῆς etc.] id est, cum ea sola et unica homines recte instruat: iis tantum adest, qui eam non aspernantur, sed recipiunt, et ad ipsius monita vitam quoque instituunt. [Neand.] Equidem crediderim, Nilum hoc verbo respicere ad Christum, qui μονογενῆς πατρὸς υἱὸς erat simul λόγος vel φῶς τοῦ κόσμου, sapientia vel philosophia illa divina humanam speciem induta. [O.]

160. Χιτῶν etc.] Frequentissimā apud sacros scriptores haec virtutis et pietatis cum stola sive veste candida vel divina comparatio. Sic in Apocal. VII, 14. πλύνειν καὶ λευκαίνειν τὰς στολάς. Luc. XXII, 11. ἐνδύμα γάμου. Gal. III, 27. et Rom. XIII, 14. ἐνδύσασθε τὸν κύριον Ἰησοῦν etc. [O.]

τοῦ τῆς κτίσειν, ἐνδύοντες] Hoc est, Christi veri dei, induti nostram carnem, ἐνανθρωπήσαντες καὶ σαρκωθέντες. [Neand.]

161. Ὅσα ἐπὶ γῆς κλέπεται etc.] Conf. verba divini Salvatoris Matth. VI, 19. 20. [Schon.]

162. μετὰ τῆν νῆψιν] post deliberationem, cum reputant jam et cogitant homines, quod iniqua patrarint. (wenn sie zur Besinnung kommen. O.) ἡ γὰρ μετάνοια ἀνθρώποις κρείσις, ut in veteri senario dicitur. Tunc judicant homines, cum poenitent. [Neand.] Ceterum conferenda cum hac Sententia Ciceronis verba II. de Finib. (Cap. 32), Fluit voluptas et prima (I. prona) quaeque evolat; saepiusque relinquit causam poenitendi, quam recordandi. [Schon.]



166. προστετήκασι] i. e. *addicti, dediti, quasi adglutinati sunt voluptatibus.* Metaphorā ab iis sumta, quae liquefacta et alicui rei affusa ita haerent, ut nullo modo divelli inde queant. Sic Arrianus Dissert. Epictet. Lib. I. Cap. III. §. 6. ἀλλὰ ἔχεις τι καὶ κρείσσον τῶν σαρκιδίων. τί οὖν ἀφείς ἐκεῖνο, τούτοις προστέτηκας; Eodem sensu dicunt προσκεκολλησθαι, προσπεφυκέναι, etiam συντετηκέναι τινί. Vid. Gataker. ad Antonin. Comment. Lib. V. §. 1. Opp. p. 140. ed. Ultraject. Ceterum προστετήκασι πρὸς τὰς ἡδονὰς h. l. constructio insolentior pro προστετήκασι ταῖς ἡδοναῖς. Ceterum cum hac Sententia apposite comparat Schoningius Auli Gellii verba Noct. Att. Lib. XVI. *si qua per voluptatem nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum illud apud vos semper manebit.* [O.]

167. Ὅσον ὁ βίος ἔνταρος] vita avaritiae dedita, sordida, suum defraudans genium, nec sibi nec alijs quidquam benefaciens; unde in Mimo dicitur: *Avaro quid mali optes, nisi ut vivat diu?* [Neand.]

168. καὶ τὴν ἀρετὴν ἀφθαρτον] Sallustius Catil. Cap. 1. *virtus clara aeternaque habetur.* Cicero Paradox. ult. *Quanti est aestimanda virtus, quae nec eripi, nec surripi potest unquam, neque naufragio, neque incendio amittitur, nec temporum permutatione mutatur? qua qui praediti sunt, soli sunt divites; soli enim possident res et fructuosas et sempiternas.* [Schon.]

169. ἐργάζου δὲ ταῦτα etc.] Lactantius Lib. I. *Qui rationis ac status sui memor non nisi ad superna nititur semper accendit, hic plane sapiens, hic justus, hic homo, hic coelo deoque dignus judicabitur.* Conf. Pauli Epist. ad Philipp. III. v. 14. et 20. [Idem.]

170. φιλοσοφίας] Hoc est studium honestatis per disciplinam et rectam institutionem. [Neand.] V. supra ad Sent. 159. [O.]

171. ἵνα μὴ ὑπάρχεις] Ita supra Sent. 41. ἵνα αἰτούμεν. ubi vid. Not. Rectius tamen Antonius, qui hanc Nili sententiam nobis conservavit in Meliss. Serm. περὶ γλωσσαλγίας pag. 395. ed. Conr. Gésner. Francofurt., verba haec sic effert: ἵνα μὴ τῆς μὲν ὑπάρχεις δοῦλος, τῆς δὲ τυγχάνης ἀνόητος ἐλεύθερος. [O.]

ἀνόητος ἐλεύθερος] *stolidus liber,* qui non recte utitur linguae libertate, qua necessaria tantum deoque grata dicenda sunt; quemadmodum de eloquentia a Platone dicitur. Et Pythagorae praeceptum exstat, quo jubet ἢ σιγᾶν ἢ κρείσσονα σιγῆς λαλεῖν. [Neand.]

172. τοὺς οἰκείους μὴ πρόσπασης] Videtur legendum vel τοῖς οἰκείοις, vel πρὸς τοὺς αἰκείους. προσπάσσειν, τινὲ



l. q. supra Sent. 166. προστετηκέναι, *addictum esse alicui, aliquem quasi deperire*. Verbum scriptoribus ecclesiasticis haud infrequens. Vid. Suicer. Thesaur. Eccl. v. προσπάθεια. [O.]

κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνήν] Respicit Christi verba Matth. X. v. 37. ὁ φιλοῦν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλοῦν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμέ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. [O.]

173. Καρτέρει etc.] Augustinus: *Exercebit hostis, non nocebit, proderit saeviendo, quia, in quos saevit, coronabuntur vincendo*. Conf. II. Timoth. IV, 7. 8. [Schon.]

174. Μακάριον etc.] Augustinus in Psalm. 57. *Melior est tristitia iniqua patientis, quam laetitia iniqua facientis*. [Idem.]

175. νηστείας] vitae sobriae et temperantis, semper in timore dei versantis. [Neand.] Malim: *panis, cujus condimentum quasi est jejunium ac fames*. [O.]

ζύμης] ζύμη fermentum proprie significat a fervore, ab incitamentis ad voluptatem. [Neand.] ζύμη apud scriptores sacros significat in genere, quidquid vim habet alios corrumpendi et pervertendi, sive doctrinam erroribus pestiferis plenam, sive vitam impiam, sive, ut h. l., pravas animi cupiditates voluptatumque illecebras. Vid. Matth. XVI, 6. Luc. XII, 1. I. Cor. V, 7. Plura dabunt Suicerus in Thes. Eccles. et Schleusnerus in Lex. N. Test. h. v. Ceterum Schoningius apposite citat locum Hieronymi in Epist. *Mater sanitatis est abstinentia, mater aegritudinis voluptas: sine enim carne et vino cito friget Venus et a patre Libero ad inconcessam Venerem proximus est intemperantiae gradus*. [O.]

177. πάροργον] Id est quiddam nihil pertinens ad virtutem, cum justitia ipso Lucifero formosior omnes virtutes complectatur, ut in versu etiam vetere id indicatum est: ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετῆ' ἴστιν. (Aristot. Eth. V. Cap. 1.) *Justitia in sese virtutes continet omnes*. [Neand.]

178. ζιζανίων] ζιζάνιον, lolium, παρὰ τὸ τὸν οἶτον οἰεῖν, quod segetes laedat et suffocet: vel quod frumentis plerumque adhaereat et una cum illis nascatur, παρὰ τὸ οἶτος καὶ ἰζάνω, τὸ τῷ οἴτῳ παροδεῦον, ut monet Etymologus. [Idem.] Conf. Schleusner. Lexic. N. Test. h. v. [O.] In eandem sententiam Augustinus de Civ. Dei Lib. I. Cap. 5. *Eleemosynae ex rapina deo odibiles*. Idem: *haec est apud deum grata eleemosyna, quae ex vernacula substantia, non quae ex fraudulenta praeda tribuitur*. [Schon.]

179. εἰ μὴ τυγχάνει δίκαιος] nisi juste dispenset, distribuat sua pauperibus, non considerans vel attendens, quem agrum colat, cui benefaciat. [Neand.] Similiter Chrysostomus





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





ὥς λέγοντες· αὐτὴ γὰρ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ πασῶν τῶν ἀρετῶν. Chrysostomus vero fidem non minus pie virtutum facit principem et coronam, dum ait: πίστις μήτηρ καὶ στεφάνη καὶ σιμπεραίωσις τῶν ἀρετῶν ὑπάρχει. Simile dictum Aristoteli etiam tribuitur: ἀρχὴ (videlicet) ἀρίστη πάντων μὲν ὁ θεός, ἀρετῶν δὲ εὐσέβεια. [Neand.]

188. ὄργανον] Mariam matrem Christi ἀειπαρθένον intelligit. [Idem.]

189. στήσομαι] coram iudice scilicet. i. q. accusabo, reum faciam. [O.] Conf. Pauli Apostoli verba Rom. XII. vs. 17. 19. [Schon.]

191. Ἐπὶ νεκρῷ μὴ θρήνηι] Non vetat prorsus lugere mortuos, cum scriptura id permittat, et patres suos defunctos luxerint; sed ne in impatientiam et indignationem adversus deum luctus erumpat, dubitationem quoque de providentia, cum videmus, bonos citius mori quam improbos. [Neand.]

193. Γέλα μὲν etc.] Id est: ride eos et stultos putato, qui confidunt nimium in bonis istis fortunae inconstantibus et quavis aura levioribus. [Idem.]

τρόχον] Similiter Agapetus Sched. Reg. No. 11. Κύκλος τις τῶν ἀνθρώπων περιτρέχει πραγμάτων, ἄλλοτε ἄλλως φέρον ἅυτὰ καὶ περιφέρων· καὶ τοῖτοις ἀνισότης ἐστὶ, τὸ μηδὲν τῶν παρόντων ἐν ταυτότητι μένειν. Δεῖ οὖν σε, κράτιστε βασιλεῦ, ἐν τῇ τούτων ἀγχιστρόφῳ μεταβολῇ ἀμετάβλητον ἔχειν τὸν εὐσεβῆ λογισμόν. [Schon.]

194. Λάλει τῷ θεῷ ἢ πολλὰ] Cyprianus Lib. II. Epist. 2. Sit tibi vel oratio assiduā vel lectio; nunc cum deo loquere, nunc deus tecum. [Idem.]

τῇ μελέτῃ τοῦ νόμου etc.] id est: voluntatem dei considerans id efficies, ne seu deum seu proximum offendas. [Neand.]

195. Λουτήρ etc.] Vide supra ad Sent. 52. [O.]

μέμνησο, τίνοσ χάριν ἐδάκρυσας] id est: cogita, quid petas, quam necessitatem deo proponas. [Neand.] Potius: recordare, cujus causa lacrymas fuderis, scil. ob peccatorum tuorum conscientiam. [O.]

196. ἐτασθήσονται] Potentes, quia abutuntur sua potentia, facientes quod non licet, sive quod libet; (Sic volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas, ut in versu Satyrici indicatum est) potenter quoque tormenta patientur. [Neand.] Similiter auctor libri Sapientiae VI. v. 7. et seqq. δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται· ἐν γὰρ ὑποστέλλεται πρόσωπον ὁ πάντων δεσπότης οὐδὲ ἐντρα-



πῆσται μέγας, ὅτι μικρὸν καὶ μέγαν αὐτὸς ἐποίησεν, ὁμοίως δὲ  
 προνοεῖ περὶ πάντων· τοῖς δὲ κραταιοῖς ἰσχυρὰ ἐφίσταται ἔρευνα.  
 ἔτασθήσονται. Neander *praeerunt*. Male. Imo *examinabuntur a ju-*  
*dice*. Sic in Democriti Fragm. 77. ἦν καὶ πάνν ἐτάζει τοὺς ἀδικούν-  
 τας. Verbum ἐτάζειν, quod dubiae auctoritatis videbatur Schnei-  
 dero in Lexico, occurrit et apud Platonem in Cratyl. Cap. 59.  
 (pag. 410. ed. H. Steph.) οἱ μὲν ἐνιαυτὸν ἐκάλουν, ὅτι ἐν ἑαυτῷ,  
 οἱ δὲ ἔτος, ὅτι ἐτάζει. Conf. Jo. Valent. Schmidt. in Supplemento  
 Lexicorum Schneideri et Riemeri novissime edito (Berol. 1817.)  
 pag. 35. [O.]

197. ἡμεῖς δὲ πονοῦντες, etc.] Similiter Augustinus in  
 Psalm. 36. o, homo, operarius es, dei: postea est tempus merce-  
 dem accipiendi. [Schon.]

200. τὸ φορτίον αὐτοῦ ἀκορπίζοντα] onus suum  
 disjicientem, scil. venia peccatorum ipsi concessa: Nisi malis:  
 onus suum discutientem, h. e. ab uno humero tollentem in alte-  
 rum levandi causa. Pro κρίνομεν legendum κρίνωμεν. [O.]

201. καθάραν' εἰκόνα] primam innocentiam. [Neand.]  
 i. q. τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ θεὸν κτισθέντα, ἐν δικαιοσύνῃ  
 καὶ ἰοσιότητι τῆς ἀληθείας, ut ait Paulus Apostolus Eph. IV,  
 24. [O.]

μεθ' ὃ εὐσθῆαι] excolere, perficere (bono sensu), vervoll-  
 kommen, zur Vollendung bringen. [O.]

202. πρὶν γυμνωθῆναι] antequam in opus erumpant  
 pravae cogitationes. Has enim appellat Nilus animae ulcera, quae  
 matura et rupta pus effundunt. [Neand.]

ἵνα κερδαίνωμεν] i. e. ut evitemus, effugiamus, damit  
 wir uns ersparen. Sic Act. XXVII, 21. ἔδει κερδῆσαι τὴν ὕβριν  
 αὐτὴν καὶ ζημίαν. ubi vid. Wetsten. N. Test. Tom. II. p. 644.  
 et Schleusner, in Lexico h. v. [O.] Simile Augustini praeceptum  
 in Quaest. ex utroque Test. Quia impunitum non debet esse pec-  
 catum, puniatur a te, ne tu pro illo puniaris: peccatum tuum  
 judicem te habeat, non patronum. [Schon.]

203. οἱ συμπλακέντες τῷ βίῳ, etc.] Conf. II. Timoth.,  
 II. v. 3. 4. [Schon.]

205. κρίνεται] damnatur, reus peragitur peccati. [Neand.]

206. ἐπιτιμώσεις] poenis, seu vitis et peccatis, propter  
 quae poena irrogatur. [Idem.]

207. Ἐναμίμνησῃς etc.] Conf. Jacob. Epist. Cap. V.  
 v. 20. [O.]

ἡκούσων ἡγάρ etc.] Dum enim alium admones, te ipsum



quoque mones, docēs et instigas, ne labaris, aut contra dei voluntatem in similibus facias. [Neand.]

208. Ἀέγειν τι μέλλων etc.] Nihil dicendum aut faciendum, cuius honestas rationes non possimus probare bonis omnibus. Ea vero cura efficiet, ut semper caute et sapienter agere studeamus. [Idem]

209. αἰσχύνῃν νόρα] id est noli dare operam turpibus: sis piger, torpeas in malis, ne afficiaris iis, quae dedecus turpe secum afferunt: vide, ne fias infamis ob quodcumque scelus perpetratum, seu ne habeas causam metuendi justam reprehensionem hominum. [Idem.] Mihi alius plane videtur horum verborum sensus esse: nam, ut ex verbis τὸ χαλεπὸν γὰρ ἐπατέρωθεν μέτρον liquet, duo extrema opponit heic Nilus: τῆς ἀμαρτίας τὴν τιμίωσαν φόβου, ἐτ: τὴν αἰσχύνῃν δὲ νόρα. Diceré itaque vult: *Propter quidem peccati metus, pudorem vero sinas intorpescere*, h. e. *ne*, ne prae nimio peccatorum pudore de salute tua desperes fiduciamque tui ad resipiscendum necessariam amittas. [O.]

210. τῶν μελλόντων ἀγαθῶν] honorum futurae vitae, aeternorum. Conf. I. Cor. II, 9. [Neand.]

211. πομφόλυγες] Varro in Praefat. ad Libb. de re rust. *Quod si, ut dicitur, homo est bulla, eo magis et senex.* Vide Erasmi. Chil. 2. Cent. 3. Adag. 48. [Schon.] Conf. Hemsterh. ad Lucian. Contempl. Cap. 19. Tom. III. pag. 402. ed. Bipont. [O.]

212. Μὴ σπεῖρες πονηρά] Similiter Jesus Siracides Cap. VII. v. 3. *Τὶς, μὴ σπεῖρε ἐπ' ἀλλοτρίαν ἀδικίαν, καὶ οὐ μὴ θείσῃς αὐτὰ ἐπταπλάσια.* ubi vid. Bretschneider. V. Cl. pag. 139. [O.]

τὸν γεωργῶν τῶν ἀκανθῶν] Sic edidi e correctione Neandri verissima. Antea τῶν γεωργῶν τῶν ἀγαθῶν, nullo sensu. [O.]

213. τὸν χόρτον] Conf. I. Petr. I. v. 24. [Schon.]

214. τοῖς ὀπλίταις κέχρηται] male utitur armigeris, id est fortiter repugnat iis, qui, peccatores cum sint, conantur tamen se contra ipsum armare, non reconciliati prius cum deo, carentes veris armis, quibus repelluntur ignita tela hostis. [Neand.] Obscura sententia, nisi statuamus, Nilum h. l. sensu plane insolito τοῖς ὀπλίταις posuisse pro τοῖς ὀπλιζουσί, qui ipsum armis exstruxerunt. [O.]

215. ἐχθρόν] Intelligere videtur diabolum, quem κατ' ἐξοχὴν ἐχθρόν appellant Patres Ecclesiastici. Vid. Suicer. Thes. Eccl. h. v. Nam extrema hujus Sententiae verba, *γυμνὸς γὰρ ὢν πτερῶν ὡς στρουθίου ἐμπαίζεται*, adumbrata sunt ex Jobi Cap. XL. 24. ubi de Leviathane dicit Jehova: *καὶ ἐμπαίξῃς αὐτῷ ὡσεὶ ὄρνέω,*





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



intelligunt. Sic enim appellant scriptores ecclesiastici vitia et peccata, qualia sunt ignorantia et contemptus dei, socordia item et ignavia in studio honorum operum. Vid. Suicer. Thes. Eccl. v. ὕπνος Tom. II. pag. 1384. De tali somno loquitur Chrysostomus Homil. CV. Tom. VI. Χαλεπὸς ὕπνος τῆς ψυχῆς ὁ ζημιωτὴς τῶν χαννοτέρων, ἢ τυφλότης τῆς καρδίας, ἢ συλήτρια τῶν θησαυρῶν τοῦ πνεύματος. [O.]

231. ἀποκλίνοῦσα] Maximus Serm. περὶ διδαχῆς καὶ λόγων eadem verba citans legit νεύουσα. [O.]

235. περιθέων] lege περιρρέων. [Copt. Gesner.]

236. τοῖς ἀποτασσομένοις] i. e. iis, qui valedixerunt rebus humanis, monachis. Vid. supra ad Vitam Secundi. [O.]

240. Non est moralis sententia, sed excerptum ex Epistola ad amicum quendam. Ceterum de libidine eunuchorum vid. Arnob. Lib. V. Cap. XI. pag. 175. ed. nostr. et notam nostram ad Adriani Tyrii Fragm. 5. annex. Philoni Byzantio p. 206. [O.]

τὸν εὐνοῦχον Σμάραγον] Sic legendum, ut sit nomen proprium, non, ut habet Joannes Damascenus in Parallel. Sacr. pag. 524. τῶν εὐνούχων σμάραγον, *spadonum strepitum.* [O.]

244. Ἡδονῆ etc.] Videtur Nilus loqui de gaudio spirituali, quo ex illius opinione fruebantur ii, qui mundo valedicentes vitae solitariae se addixerunt. [O.]

246. κῆρας] Vocabulo κῆρα, ac, ἦ, carent Lexica et Glossaria, nisi quod Hesychii Glossa habet (Tom. II. pag. 249. ed. Albert.) κῆρας — ἀκαθαρσία, μόλυσμα, βλάβας. et paulo post: κῆρες — ψυχαι, συμφοραι, μοῖραι θανατηφόροι. ita ut videatur κῆρας — τὰ μόλυσματά, sordes, tanquam proprium vocabulum, (forte a κῆρα, ac, primae declinationis) distinxisse a κῆρες (quod est a κῆρ, ὄς, ἦ, tertiae declinationis). Sed alia prioris formationis exempla frustra quaesivi. Fortasse tamen legendum κῆρες, quod de animi vitis vel sordibus occurrit etiam apud Sophoclem Trachin. 454.

— — — — — ἐλευθέρω

πρὸς καλεῖσθαι κῆρ πρόσθετιν οὐ καλή. [O.]

249. ἐχθρὸς φόνιος εἶναι] Joannes Damascenus in Sacris Parallel. p. 509 seq. addit: μᾶλλον δὲ συμπάσχειν καὶ συναλγῆν καὶ εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν θεὸν ποιῆσθαι, etc. [O.]

256. συμφέρει σοὶ τὸ αἶτημα] Post haec verba Joannes Damascenus eandem Sententiam citans in Sacris Parallelis pag. 472. ed. Lequien. haec addit: Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, φησί. λαμβάνει δὲ, εἰπερ ζητοῖ τὰ συμφέροντα τῆ ψυχῆς. [O.]



-260. αἰτήματα μυστικά] i. e. *preces pro donis spiritua-*  
*libus.* Nihil amplius [O.]

-261. Μὴ νόμιζέτωσαν etc.] Haec et sequens Sententia  
videntur excerptae ex majore aliquo opere, in quo de munere  
et officiis episcoporum et doctorum ecclesiae disputaverat; Ni-

lus. [O.]

-262. προστάσσοντος] Forté προτάσσοντος. [C. Gesner.]

-267. φύλλα καὶ πομφόλυγες] Conf., Sent. 211. [O.]

269. θριξ λελευκασμένη etc.] Initium hujus Sententiae,  
supra habuimus Sent. 253. [O.]

270. συγκροτήσεως] Συγκρότησις videtur; h. l. esse *con-*  
*eordia*, a συγκροτέω, propr. *manus conjungo, complodo*, hinc 2. per  
metaph. *concor sum, conspiro.* Vid. Suicer. Thes. Eccles. h. v.  
et Matthaei ad Joann., Chrysostomi Homil. sel. II. pag. 78. [O.]

276. Πῶς ἐξέπεσεν etc.] Vid. Jesai. XIV, 12. [O.]

277. καταβαπτίζεσθαι] καταβαπτίζεσθαι, verbum scripto-  
ribus ecclesiasticis frequentatissimum, de malis, aerumnis, ten-  
tationibus, animum obruentibus ac demergentibus. Sic Chryso-  
stomus Epist. CV. παρακαλῶ ὑμᾶς, μήτε πρὸς τὰ φαιδρὰ τοῦ πα-  
ρόντος κεχηνέναι, μήτε ὑπὸ τῶν λυπηρῶν καταβαπτίζεσθαι. Plura,  
vide ap. Suicer. Thes. Eccles. h. v. [O.]

283. ἀνθρώπων γνωστικῶν τε καὶ σώφρονι ἐλομένῳ  
νῶ] Aut delendum ἐλομένῳ, aut legendum ἀνθρώπων γνωστικόν  
τε καὶ σώφρονα βίον ἐλομένῳ. Βίος γνωστικός, *vita contemplativa,*  
*ascetica.* [O.]

ἀρχειόν] i. e. *noxium, damnosum*, ut saepius in scriptori-  
bus sacris. Vid. Schleusner. Lex. N. T. h. v. et Munker. ad Anto-  
nii. Liberal. Cap. XI. pag. 72. ed. Verheyk. [O.]

284. καὶ ἀπέστη τοῦ πρέποντος] Lequien. *vertens*  
*atque ab eo, a quo aiebatur, (deo scil.) defecisse legisse videtur*  
τοῦ τρέποντος. [O.]

285. ἐκπορευθῆς] Scribe ἐκπορευθῆς, ab ἐκπορεύω. [O.]

287. ἡ τοῦ ἐτέρου ἐπιθυμία] Lequien. *vertens vene-*  
*red cupiditas legisse videtur ἡ τοῦ ἐντέρου ἐπιθυμία.* Sic Aelian.  
Var. Hist. IV. Cap. XIV. πόρνης ἐντερον γυναικός de pudendo mu-  
liebri. Fortassis tamen ferri potest ἐτέρον per litoten dict. *alia-*  
*tum etiam pejorum rerum cupiditas, Begierde nach anderm (noch*  
*schlimmern).* [O.]

288. σχολαστικὸς] h. l. *qui otium (σχολήν) sectatur, amans*  
*vitae solitariae, sensu insolentiore.* De aliis hujus vocabuli signi-  
ficationibus vid. Suicer. in Thesaurō Eccles. h. v. et intpp. ad  
Hieroclis *Ἀσεία* Cap. I. pag. XX. ed. Schiér. [O.]



289. φιλένδειπτης] Hoc vocabulum alibi legisse non memini. [O.]

292. λόγοθειον] ratio, quae exigitur ab hominibus. Vocabulum apud scriptores ecclesiasticos haud infrequens. Ita Joannes Chrysostom. in Psalm. IV. καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἐν ἐσπέρα λογοθειον ἀπαιτεῖ τὴν ψυχὴν, καὶ καταδίναζε τὸν ἡμαρτηκότῃ λογιμόν. et idem Homil. XVIII. in Epist. ad Rom. vocat ultimi iudicii diem ἡμέραν λογοθειου. Plura vide ap. Suicer. Thesaur. Eccles. h. v. [O.]

293. εὐψυχεῖς] vert. *benigno et clementi es animo.* [O.]

297. λιβέλλουε] Vox Latina. vid. Meurs. Glossar. Graeco-Barb. h. v. Cum talibus libellis sive literis supplicibus (*Bittschreiben*) Nilus h. l. preces comparat. [O.]

304. αὐτὸ] Annon legendum αὐτοί, nos ipsi? [O.]

310. Ἄξιόν σοι etc.] Haec verba, quae Joannes Damascenus Nilo adscribit, leguntur etiam apud Gregorium Nyssenum Orat. VI. de beat. [*Lequien.*]

312. Οὐδὲν πάμπαν etc.] Videntur haec verba increpationem continere ad monachum quendam sive anachoretam socordem et officia sua negligentem. [O.]

ταὶ ὀλοκωνίτιδα] Legendum aut τὴν ὀλοκωνίτιδα; aut quod magis placet, τὰ ὀλοκωνίτιδα (deminut.). ὀλοκωνίτις, bulbi species, qui videtur fuisse cibus monachorum in deserto viventium. Vid. Foes. Oeconom. Hippocr. h. v. [O.]

314. εὐθυμεῖν] Sic edidi pro ἐπιθυμεῖν, flagitante sensu. [O.]

319. σπατάλης] Suid. Σπατάλη — ἢ τροφή, ἀ σπατάλω, de qua v. vid. Suicer. in Thesaur. Eccles. et Schleusner. Lex. N. Test., [O.]

καὶ σφηνόμηνος] Verte: *etiamsi per cuneum intrudetur, und wenn er auch hineingekeilt, mit dem Hammer hineingeschlagen würde.* [O.]

321. θεατρον] Vert. *qui e caelo spectant*, deus soil. et angeli. Vid. Matthaei ad Chrysostom. Homil. select. II. not. 19. pag. 73. [O.]

323. διαπρλου] διαπρλουμαι prop. *serra dissecor*. 2. metaphor. *discrucior, moleste fero, indignor.* Vid. Suicer. Thesaur. Eccles. qui apposite citat Persii verba Sat. III.

— — — — — *turgescit vitrea bilis,*  
Findor. *das Herz zerbricht mir.* [O.]

324. τολμᾶς ὀρχεῖσθαῖ etc.] Saltare scilicet choreas





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**FORGOTTEN BOOKS**

**FULL**

**MEMBERSHIP**

**797,885 Books!**

**All you can read**

**for only**

**\$8.99/month**

**Continue**

\*Fair usage policy applies





In Theoctisti Sententiis.

**ΘΕΟΚΤΙΣΤΟΥ**] Quis hic Theoctistus vel Theoctistes fuerit, non liquet. Duo ejus nominis citantur a Fabricio in Bibliotheca Graeca: primus Lib. V. Cap. 40. (Tom. X. pag. 137.) inter Melodos Graecos, cujus Cantica Sacra MSSa refert Lambecius in Catalogo MSS. Bibl. Vindobon. Tom. VIII. p. 99. alter Lib. VI. Cap. IX. Tom. XIII. pag. 432. medicus Procopio memoratus Lib. II. de bello Gothorum Cap. II. cui posteriori ut ascribere malim has sententias, movent me praecepta quaedam, quae in illis continentur, medicinalia et diaetetica, v. c. 7 et 9. Ceterum vocabula rariora et loquendi formas insolentiores mirum in modum aucupatur hic scriptor, quo corruptiorem alium et depravatiorem a librariis vix inveneris. [O.]

1. *πῶς γὰρ οὐ;*] Affirmandi formula optimis scriptoribus usitata; v. c. Xenophonti Memorabb. IV. Cap. II, 20: Vid. Matthiae Gramm. Graec. maj. pag. 898. Opp. negatio *πῶς γὰρ;* de qua adeundi Valckenaer, ad Euripid. Phoeniss. v. 1614. et Koen. ad Gregor. Corinth. pag. 144. ed. Schaefer. [O.]

*ἐπικόουφιζειν ἀτυχίας ἐλέω καὶ συμφόρω . . . παραπιπτούσας*] Pessime haec interpretatus est Conr. Gesnerus. Quis enim unquam vel Graecorum vel Graeculorum *ἔλεος* de miseria dixerit? Immo *ἐλέω* et *συμφόρω* (quod h. l. accipiendum sensu proprio et primario pro *doloris consortio*, *das Mittragen*, *Mitdulden*) conjungendum cum *ἐπικόουφιζειν* hoc sensu: *Molesta profecto res est calamitates, quae propter humanae vitae inconstantiam ingruunt, commiseratione et doloris consortio non levare.* [O.]

*διὰ τὸ ὁμόγενές καθ' ἑστέωτας*] Malim *εἰς τὸ*. [Gesner. in marg.] Quid si legamus *πρὸς τοὺς εἰς τὸ ὁμογενές καθ' ἑστέωτας*? [O.]

2. *μετὰ προλήψεως*] cum nimia expectatione, fiducia, *mit hoher Meinung*, *Erwartung*. [O.]

3. *Γῆν ὡσπερ ἐπαμησαμένοι ἄνθρωποι . . . κατέχεαν ἑαυτοῖς*] Annon respicit Theoctistes ad usum athletarum arenam in se invicem conjiciendi, ut manus eo firmius membris injectae sederent? quod *πάρουρτειν* dicebant Graeci, arenam autem conspersam *ἀγῆν*. Vide Menag. ad Laert. VI, 27. pag. 235. ed. Meibom. et Heyn. V. S. ad Epictet. Enchirid. Cap. XXIX. pag. 94. 95. [O.]

*κατέχεαν*] Vert. *obruere solent*. Vide supra ad Chilonis Apophthegm. 4. [O.]

5. *Εὐ παθοῦσι* etc.] Egregie in eandem sententiam Jesus



Siracides Cap. VI. v. 10. et seqq. Καὶ ἐστὶ φίλος κοινωνὸς τραπέζων, καὶ οὐ μὴ παραμείνη ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου· καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἐστὶ ὡς σὺ, καὶ ἐπὶ τοὺς οἰκέτας σου παρήρσιάσεται· ἐὰν ταπεινώθῃς, ἐστὶ κατὰ σοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσεται. [O.]

7. τὸ ἀνακεχωρηκὸς τοῦ θυμοειδοῦς] Non bene Contr. Gesnerus *internam animi alacritatem, cum sit iracundiam, iram in intimo animi recessu flagrantem, quae te coquit et versat in pectore fixa.* [O.]

ὑπεκλύειν] *sensim et paulatim exsolvere, dissolvere.* Sic Hippocrates de Morbis Mulier. Lib. I. pag. 600. ed. Anut. Foes. Genev. καὶ παλμοὶ ἐστὶν ἦσιν ἀσθενέες, ὑπεκλύόμενοι, ἐπ' ἀνάδιδόντες, ὀξέες. [O.]

ἐν τοῖς περιπάτοις] Al. περιπέζοις nullo sensu. [Gesner. in marg.] ὑπεκλύειν ἐν τοῖς περιπάτοις, *crebris deambulationibus dissolvere, durch Spaziergehen vertreiben, auslaufen, ausspazieren.* [O.]

9. τὴν ἐπὶ θάνατον] scil. ὀδόν. [O.]

10. Δίαν εὖ βεβηκότων ἀνδρῶν] Bene vertit Gesnerus *constantium, βεβηκέναι, stare, firmiter insistere.* Ita Polemon in Orat. I. in Cynaegirum §. 25. ἐν γὰρ τῷ μετὰ θάνατον βεβηκέναι δόξαν ἢ χάρις οὐκ ἔχει. 2. morali sensu, ut h. l., *constare sibi.* Eadem significatione morali v. βάσις occurrit in Epist. Socrat. I. pag. 7. ed. nostr. de Bellerophonte: καὶ τὰς βάσεις ἀπολλύειν, οὐχ ἄσπερ ἡμεῖς οἴομεθα λέγειν, ἀλλὰ τὴν παρήρσιαν, ἐφ' ἧς ὀρθοῦται ὁ ἐκάστου βίος. ad quem locum vide quae observavimus in nota ad Epistolam Criticam patriuelis nostri J. C. Orellii, additam ad calcem Memnonis pag. 327. et ad Philon. Byzant. de VII Orbis Spectac. Cap. I. pag. 79. [O.]

διαφυλαττόντων] Insolens plane et, quod sciam, sine exemplo usus hic participii pro infinitivo positi loco nominativi subiectum indicantis. [O.]

12. ἀρχθῆναι] Non dubitavi in textum recipere hanc lectionem a C. Gesnero in margine positam. Ipse edidit ἀρχθῆναι. [O.]

ἀνενεγκεῖν] Vide paulo ante Sent. 9. [O.]

13. Ναῦν ἐξ ἐνὸς ἀγκυρίου] Eandem Sententiam habuimus supra in Similit. Socrat. [O.]

καὶ ἐκ μιᾶς ἐλπίδος] Excidit aliquid post καὶ, forte βίον, ut in dicto illo Socratico, vel, quod h. l. aptius videtur, ψυχὴν αὐτ' ἑαυτοῖς. [O.]

14. σκιατροφίας] Erat scil. mollium et effoeminatorum vitam in umbra sive umbraticam agere, quod Graeci dicebant



σκιατραφῆσθαι, σκιατραφία, vel, ut h. l., σκιατροφία. Vide, qui de h. v. multus est, Ast. V. Cl. ad Platon. Phaedr. Cap. 16. p. 263. [O.]

15. ὑπέραντλον] ὑπέραντλος proprie dicitur navis, cujus sentina vel aqua per fatiscentes rimas illabente, vel tumidis fluctibus desuper infusis tanta copia exundat, ut exhauriri amplius non possit, atque adeo periculum instet praesentissimum, ne mersa navis intereat: hinc 2. morali sensu de hominibus pravīs affectibus exundantibus, ut ap. Lucian. in Timon. Cap. 4. πόσοι φαίθοντες, ἢ Δευκαλίωνες ἱκανοὶ πρὸς οὕτως ὑπέραντλον τοῦ βίου. ubi vid., qui hanc vocem nube exemplorum doctissime illustrat, Hemsterhusius ὁ πᾶν Tom. I. pag. 340 seqq. ed. Bipont. [O.] •

17. διαλύγιον] Lege διαλύγιον. *lapsum ingentem ac perpetuum.* Timaeus Lex. Plat. Διαλύγιον — ἐπὶ πολὺ διῆκον· ἐπὶ φαύλον δὲ αὐτῷ κέχρηται. (Theaetet. p. 122. E. μικρὰ μὲν καὶ διαλύγιος φλυαρία.) πολὺ καὶ ἄμετρον. ubi vid. Ruhnken. pag. 88. ed. 2. Conf. Dorville ad Chariton. Lib. III. Cap. III. pag. 368. [O.]

18. Σαινόντων] Σαίνειν, *blandiri, adulari*: proprie canum esse caudas agitantium, hinc ad homines translatum, pluribus ostendunt Reitzius ad Lucian. de merced. conduct. Cap. 20. Tom. III. pag. 537. ed. Bipont. et Schleusner. in Lexic. N. Test. h. v. [O.]

19. Τὸ μὲν δυσωπεῖσθαι etc.] Locus non est integer. [Gesner. in marg.] Locus misere corruptus, luxatus et mutilus. Jam prima verba, Τὸ μὲν δυσωπεῖσθαι, quid sibi velint, fateor me non intelligere et post δυσωπεῖσθαι plures voces excidisse suspicor. [O.]

προπολλοῦσαν ἰδεῖν ἐπηλυγάζοντων etc.] Alias πρὸ πολλοῦ συνιδεῖν. et alias post φυλάξασθαι punctum notatur. [Gesner. in marg.] Cujus lectionis vestigia secutus sic equidem legendum conjicio: φυλάξασθαι οὐ ῥάδιον, πρὸ πολλοῦ τοῦ σ' ἀνιδεῖν (una voce) ἐπηλυγάζοντων. ῥᾶον δὲ τὸ ἀμύνασθαι τὰς τῶν διαφορῶν. ut haec sit totius loci sententia: *Difficile est cavere amicorum conversationes, quae in inimicitias exiturae sunt, cum multo ante, quam id animadvertere possis, similitatem (familiaritatis nomine) occultent. At multo facilius cavere sibi ab apertis inimicorum offensionibus.* Eandem plane ellipsin habemus apud Xenophontem Ephesium de Amor. Anth. et Abrocóm. Lib. III. Cap. II. pag. 57. ed. Locell. ἕως δὴ ἐλήφθησαν οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ σ' ἰδεῖν. De v. ἐπηλυγάζειν, *abscondere, obvelare, occultare*, a λύγη vel ἡλύγη — σκιά, σκοτία, νύξ, vid. Duker. ad Thucyd. Lib. VI. Cap. 36. pag. 60. ed. Beck. [O.]





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

**SAVE \$3,999,994**

Did you know we sell  
paperback books too?

To buy our entire catalog  
in paperback would cost  
over \$4,000,000

Access it all now for  
\$8.99/month

\*Fair usage policy applies

**Continue**



10. *Τὰ καλὰ* etc.] Philonis' Judaei Sententia ab iisdem citata, unde correximus vitium editt. Ald. et Luscini. *τὰ κακά*. [O.]
13. *Βίωv ὁ σοφός* etc.] Citant iisdem verbis Antonius et Maxim. l. l. [O.]
14. *Τῷ φθόνῳ* etc.] Hic finem posuimus collectioni Aldinae, Quae in ea, sequuntur, passim leguntur in praecedentibus opusculis. Duas Sententias postremas addidimus ex Antonio et Maximo. [O.]

*Annotationes in Supplementum Sententiarum Pythagoricarum e collectione Rittershusii.*

49. *Ἀρχὴ ἡμῶν παντός*] Hanc Sententiam ipse explicat Jamblichus eodem libro Cap. 30. (p. 383. ed. Kiessl. O.) *Ἀρχὴν δὲ ἀπεφαίνοντο (οἱ Πυθαγόρειοι) ἐν παντὶ ἐν τι τῶν τιμιωτάτων εἶναι ὁμοίως ἐν ἐπιστήμῃ τε καὶ ἐμπειρίᾳ, καὶ ἐν γενέσει καὶ πάλιν δύο, ἐν οἰκίᾳ τε, καὶ πόλει, καὶ στρατοπέδῳ, καὶ πᾶσι τοῖς τοιοῦτοις συστήμασι. δυοθεώρητον δ' εἶναι καὶ δυσσύνοπτον τὴν τῆς ἀρχῆς φύσιν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιστήμασι οὐ τῆς τυχοῦσης εἶναι διανοίας τὸ καταμαθεῖν τε καὶ κρῖναι καλῶς βλέψαντας εἰς τὰ μέρη τῆς πραγματείας, ποῖον τούτων ἀρχή. μεγάλην δ' εἶναι διαφορὰν, καὶ σχεδὸν περὶ ὅλου τε καὶ παντός τὸν κίνδυνον γίνεσθαι, μὴ ληφθείσης ὀρθῶς τῆς ἀρχῆς. οὐδὲν γὰρ, ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν, ἔτι τῶν μετὰ ταῦτα ὑγιᾶς γίνεσθαι, ἀγνοηθείσης τῆς ἀληθινῆς ἀρχῆς. τὸν αὐτὸν δ' εἶναι λόγον καὶ περὶ τῆς ἐτέρας ἀρχῆς· οὔτε γὰρ οἰκίαν εὔ ποτὲ ἂν οἰκισθῆναι, μὴ ὑπάρξαντος ἀληθινοῦ ἀρχόντος, τῆς ἀρχῆς τι ἐκουσίῳν. ἀμφοτέρων γὰρ δεῖ βουλομένων τὴν ἐπιστάταιαν γίνεσθαι, ὁμοίως τοῦ τε ἀρχόντος καὶ τῶν ἀρχομένων· ὥσπερ καὶ τὰς μαθήσεις τὰς ὀρθῶς γινομένας ἐκουσίως δεῖν ἔφασαν γίνεσθαι, ἀμφοτέρων βουλομένων, τοῦ τε διδάσκοντος καὶ τοῦ μανθάνοντος· ἀντιτείνοντος γὰρ ὁποτέρου δήποτε τῶν εἰρημένων, οὐκ ἂν ἐπιτελεσθῆναι κατὰ τρόπον τὸ προκείμενον ἔργον. οὕτω μὲν οὖν τὸ πείθεσθαι τοῖς ἀρχουσι καλὸν εἶναι ἐδοκίμαζον, καὶ τὸ τοῖς διδασκάλοις ὑπακούειν. [Rittershus.]*

50. *Φιλότης ἰσότης*] Sic edidi ex emendatione Kiesslingii. In textu Jamblichi est: *ἐπιφυλότης ἰσότης*. [O.]

51. *Οἱ δὲ Μάγοι* etc.] Haec verba addidit Stobaeus ex Herodoto. [O.]

52. *Πυθαγόρας εἶπεν* etc.] Sic Ecphantus Pythagoricus Lib. de Regno ap. Stobaeum Serm. XLVI. *ἡ πολυτέλεια μάτηρ τῆς ἀκρασίας· αὐτὰ δὲ τὰς ὑβρίας, ἐξ ἧς τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν τὰ πολλά.* Et alius Pythagoricus Callicratides Lacon Lib. de



familiarum felicitate apud eundem Stobaeum Serm. 83. hanc sextuplicem ponit seriem et gradationem: Ἄ. ὑπερβάλλουσα πᾶσι κόσμον ἐλευθέριον καὶ διεξαγωγὴν κατὰρχὰ ὑβρίου καὶ ὀλέθρου ῥιζοῦται τοῖς ἀνθρώποις. ἀνάγκη γὰρ τοῖς πολλὰ ἔχοντας τετυφῶσθαι πρῶτον, τετυφωμένους δὲ ἀλαζόνας γίνεσθαι, ἀλαζόνας δὲ γενομένους ὑπερηφάνους ἤμεν, καὶ μήτε ὁμοίως μήτε ἴσως ὑπολαμβάνειν τοῖς συγγενέας καὶ ὁμοφύλως καὶ φυλέτας, ὑπερηφάνους δὲ γενομένους ὑβριστὰς ἤμεν· ὑβριος δὲ πάσας ἔσχατον καὶ πέρασ ὀλεθρος. Valde congruit hisce Pythagoricis illa Ciceronis gradatio pro Roscio (Amerino Cap. XXVII. fin. O.): *In urbe luxuries creatur: ex luxuria existat avaritia necesse est: ex avaritia erumpat audacia: inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.* Ex Pythagorae equidem scito feci aliquando hunc hexametrum: Τὴν πόλιν εἰσδύνει τροφή, κόρος, ὕβρις, ὀλεθρος. [Rittershus.] In eandem sententiam Theognis v. 155 seq.

Τίπτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῶ ἄλβος ἔπηται  
Ἀνθρώπων, καὶ ὅτῳ μὴ νόος ἄρτιος ἦ. [O.]

53. Οὐδὲν δεῖ etc.] Vocat hoc praeceptum Jamblichus μέγιστον γενναιότητος ἔργον, maximum generosi animi fundamentum. [Rittersh.]

#### D. Wytttenbachii et Editoris Annotationes in Similitudines et Sententias ex Plutarcho excerptas.

